d nec debet dari libellus[d], sed debet procedi summarie: sicut cum fit executio rei iudicatæ: vt l. à diuo Pio. §. si super rebus. & lege, minor xxv. ann. cui fideicommissum. ff. de mino. Et quod hoc sit verum, probo: quia illud ius exequendi ex conuentione & iudicis authoritate æquiparantur. §. de pignori. acti. l. penult. & §. solut. matri. l. dotis. Præterea, in omni iure quod oritur ex sententia arbitri proceditur summarie: & sic ex sententia iudicis: vt dicta l. à diuo Pio. in princip. ergo & hic cum oritur ex conuentione: vt ff. de iureiuran. l. prima. & l. iusiurandum quod ex conuentione. Præterea, licet ex iureiurando oriatur ius exequendi, vt fiat summarie, sicut ex sententia: vt l. secunda. ff. de iureiuran. & l. sed & si possessori. §. si cum de hæreditate. eodem titu. ergo idem hic in isto iure exequendi, quod oritur ex conuentione. Pro hoc facit ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. & hoc videtur de mente R of. in dicto titul. de edict. di. Marci. versicul. item quæritur an illud. & versic. sequen. hoc idem tenet Specul. de iure emphy. §. nunc aliqua. versi. xlix. Prædicta intelligo vera, si de tali conuentione de ingrediendo apparet publicum instrumentum: ex cuius inspectione iudici deducitur ad notitiam: sed si de tali conuentione apparet per testes, tunc debet dari libellus, & lis contestari: quoniam aliter non possunt recipi testes: vt extra, vt lit. non contest. c. quoniam frequenter. & supra de testib. authentic. sed & si quis ab aliquo. cum sua glossa. Ad hoc etiam facit quod notat in gloss. supra, de edic. diui Adria. tollen. l. finali. & in l. secunda. supra de iur. emphy. Sed fateor quod potest, si vult, dare libellum, & procedere

e ordinarie[e]: vt ibi not. non tamen cogitur, vt dixi. Et sic intelligit Specu. in dicto versi. xlix. Secundo quia à colono, vel inquilino interuersa possessione, non licet domino eum sine libello ejicere: vt ff. de vi & vi arma. l. colonus. & lege, cum fundum.

a ¶Ratio vt dixi. Vide Bart. in l. ædē. C. locati.

b ¶Prohibere. Nota q. impedietē me vti b possessiōe mea, possum propria authoritate ipsum ꝓhibere. Adde latius per Bar. i. l. j. §. nūciatio. de oper. no. nun. qđ limita, nisi esset dubiū q. ꝑieret resistentia, secundū Bar. ff. e. l. per regulā. l. nō est singularis. de re. iur. & ꝑ eū in l. iuste pos fider. de acqui. pos. et late. ff. e. l. in lectura.

c ¶Iuxta præmissa. Quero practicē, qñ quis facit rē æstimari, vide Bart. in l. ne quicquā. §. vbi decretū. ff. de offi. pcō. & Bal. in auth. offeratur. & Bal. in l. j. §. fi. de var. & extraord. cog. & quod ibi dixi. Itē vbi agit officio iudicis pro exhibitiōe reuerentię nō requīr libellus. Text. est, & ibi Bal. in l. ne quā. §. de piano. de offi. procō. Bart. in l. ab hostibus. §. sed q. ꝑ simpliciter. q. ex cau. majo. & qđ no. Bal. in auth. contra qui. in iij. col. in ver. quero quo iure. de nō nu. pec. vbi ēt in fi. & ꝑ. in prin. huius l. in v. q. ꝑ totū.

fundū. Ratio, est vt dixi[a] in iij. q. principali. Tertiò, quia impedietē me vti possessiōe mea possum authoritate mea ipm ꝓhibere[b]: vt ff. ad leg. Aquil. l. quēadmodū. §. j. & l. fina. §. si ad ianuā. qđ vi aut clā. & tñ si authoritate iudicis peto, debet of ferri libellus: vt §. vti posl. j. sed ibi ius illud nō pōt fieri manifestū ex instrumēti inspectione: nec tale ius est liquidatū ex partiū cōuētione. Quartò. quia hypothecharia nuda possessione auocatur: vt l. si cū venditor. in prin. ff. de euic. & tñ ibi offertur libellus: vt in auf. offeratur. de lit. conte. ergo & hic: sed illud qñ hypotheca tantū fuit cōstituta super pacto executionis, & ideo apparet q. precedat: vt l. j. §. de excu. rei iudica. hic loquitur qñ ius executiuū fuit in pacto cōstitutū. Quintò qđ colonum, & inquilinū ñ, non soluēt licet ꝓpria authoritate expellere: vt §. loc. l. ēdē. & l. emptorē de dā. infec. l. vtiq. Sed quādo fit per iudicē, offerī libellus: vt §. de loca. l. conductore. & §. vnde vi. l. non ab re. Sed illud verum, qñ vult agere cōdictione ex legibus illis prælegatis: sed si vellet implorare simplicē expulsionē, posset per officiū iudicis summarie vt §. dixi in emphyteusi. Sexto, per l. de pupillo. §. qui opus. aliās, sub lege, nō solū ff. de no. ope. nū. l. j. §. necesse. ff. si vētr. no. mul. in possess. mi. sed ex illis non pōt liquere iudici ex instrumēti inspectiōe: nec est liquidatum ex partium cōuentione. Septimò, quia vbi apparet legitimus contradictor, debet offerri libellus:

vt l. fi. §. de edi. diui. Adri. tol. Sed hic debitor, vel alius habens causam ab eo, non potest esse legitimus cōtradictor: licet ipse vel alius author ius exequēdi cōcesserit: ideo proceditur summarie. Octauo, quia quando officium iudicis petitur, offert libellus: vt ff. quis ordo in bo. pos. serue. l. ij. §. dies. Facit quod not. Insti. de actio. in rubri. vel in princip. Sed illud est verum in officio iudicis, quod aliās imploratur in executione: vt dicta l. à diuo Pio. §. super rebus. Nonò, quia iudex iudicando non seruat formam conuentionis: vt l. qualem. ff. de arbit. Solu. per ea quæ not. in l. conuenerit. ff. de re iudi. Decimò, quia si stipulor per fundum tuum ire, agere licere, vel habere licere, vel quēd liceat: si prohibeas, debet dari libellus: vt l. stipulatio ista. §. j. & §. si quis ita. de verb. obliga. & C. de vsufru. l. corruptionem. Sed ad hoc respondeo vt dixi. §. in iiij. q. principali. versi. sed an à vitio. Vel si intelligas quòd ibi volebat agere ad interesse prohibitionis, est responsio quòd quātitas non erat liquidata in instrumento, nec ex partium con-

17 uentione. †Quid si de ingrediēdo tantum fuit data licentia in instrumento? & sic propter acquisitionem possessionis ad iudicem venit de necessitate: vt hac l. secundum lecturam meam: vtrum tunc necessarius erit libellus? Certè cùm illud ius exetutiuum acquisitionis possessionis, non sit actum ex partium conuentione ad hoc vt oriatur, debet præcedere libellus, & litis contest. vt in auth. offeratur. & §. de sent. l. prolatam. Sicut videmus quòd ille, qui habet naturalem possessionem, debet agere contra eum, qui habet ciuilem rei vendicationem: multò magis hic: quia per ingressum habet solum detentionem: vt l. ij. §. primo. ff. ad exhiben. & de vsufru. l. cuiscunque. §. j. & not. de rei vend. super rubric. de acquirend. pos. l. Pomponius. §. si is qui precario. vt supra, vbi in rem act.

18 l. secunda. Dubitari posset, † cùm creditor inuenit debitorem armata manu resistentem: an creditor implorando officium manus militaris debeat offerre libellum? Quod videtur: quia tale ius ingrediendi violenter, non fuit ortum extra iudicium ex pacto, vt dictum est: ergo videtur quod debeat præcedere sententia, vt dictum est: credo tamen quod debeat præcedere summaria cognitio, quia ius executiuum est ortum extra iudicium: auxilium manus militaris est coadiuuatiuū illius iuris executiui. nec est per se ius: vt ff. ne fiat ei. l. si quis missum. de rei vē. l. qui restituere. Iuxta præmissa[c] quæro, ſan eum iudicis officiū imploratur, vt declarat

19 istud pretium rei, debet offerri libellus, & ordinarie procedi: de quo dixi §. in ij. q. prin. ver. vlterius. de quo loquitur l. vlt. §. j. j. de iu. do. impe. Breuiter dico q. libellus nō est necessarius: sed res expeditur causa summatim cognita: quia non petitur contra partē aliquid: sed solū res æstimari petitur: ergo offertur libellus: sicut quando petitur dari tutor: vt l. diuus. qui pet. tūt. & no. in Spe. de offi iud. §. iudicis officiū. ver. porro. Præterea, q. hæc res æstimetur, est quoddam ius executiuum personalis obligationis. per quod quis consequitur quod sibi debetur: vt §. de executi. rei iud. l. ordo. & l. fin. si in cau. in l. j. sed in isto iure executiuo, nō offertur libellus, vt §. dixi: ergo &c. Erit igitur ordo, q. pars citet, si velit aliquid opponere, q. nō debuit fieri ista executio: & si habita cognitione summaria nil iustū contradictionis ostendat: tunc iudex faciat partes eligere duos bonos æstimatores: vt §. de fecā. nup. l. hac edictali. §. re duos bonos æstimatores: vt §. de fecā. nup. l. hac edictali. §. is illud. vel ipse iudex eligat: vt in auth. de non alie. §. quatenus illud. vel ipse iudex eligat: vt in auth. de non alie. §. quatenus. is illud. vel ipse iudex eligat: vt in auth. de non alie. §. quatenus. vnde sumitur auth. si quas ruinas. §. de sacrosan. eccl. & eos fa. vnde sumitur auth. si quas ruinas. §. de sacrosan. eccl. & eos fa. cūtiue de æstimatione tantū legaliter fienda: vt dictis legibus patet. & §. de fid. instr. l. comparationes. licet quædā gl. videanē velle q. tales personæ non debeant iurare. & no. §. de testi. l. iusiurandum. & ff. de ven inspi. l. j. circa prin. super ver. vel duæ. & malæ, per dictas leges. Et tunc iudex secundū eorum æstimationē faciet declarationē. Sed si ex conuentione in possessionem rei ingrediatur, & iudicis sententia: dicēt ne pignus prætorium, vel conuentionale: R of red. in d. tit. diui Marci. dicit q. est cōuentionale: arg. ff. de noua. l. si ita fuero stipulatus. §. fi. Cum enim iudex non det pignus, sed tantū confirmet eū seu exequatur. In contrarium facit q. dicitur tutorem cōfirmatū esse datiuū: vt ff. de test. tute. l. iure nostro. in fi. & no. ꝑ Dy. super rub. de cōfir. tuto. per Cy. de cōfir. tut. l. j. tamē puto R o fred. bene dicere: & illud, q. de tutore dicit, est: quia tutoris datio fuit inualida. A d q. facit ff. si cer. pe. l. certi cōdictio. §. quoniam. & hoc est vtile scire propter ea, quæ notantur per Dy. in c. qui prior. de reg. iu. lib. vj. Deo gratias. Amen. Repetita per me Bartolum de Saxoferrato minimum inter legum doctores, in felicissima ciuitate Perusij, anno domini M. cccxlv. die Mercurij vltimo mensis Martij. Laus Deo, saluatori nostro.

1 GVm te pecuniam. †Necessitas rei familiaris, non est iusta causa rescindendi pignoris contractum. hoc dicit.

2 ☞ *Sententia contra debitorem lata non præiudicat creditori, si appareat de collusione debitoris, & nu. 1.*

3 *Præscriptio currens contra debitorem nocet creditori.*

1 RAeses. †Collusio debitoris, vel præscriptio, quę contra eū cucurrit, nō nocet creditori ius suū prosequenti. h. d. †No. q. sententia contra debitorē lata non præiudicat creditori, si appareat de collusione debitoris. hoc primo. Secundò no. q. præscriptio † currens cōtra debitorē, non nocet creditori, vt hic. Modo opp. dicitur hic, q. sententia lata contra debitorem non nocet creditori. Contra, imò videtur q. debeat nocere creditori. Vnde opponitur de l. si superatus. §. fi. ff. de eo. ti. Sol. Ibi debitor primo fuit victus: postea obligauit rem creditori: vnde creditor non potest habere plus iuris, quàm ipse debitor: & ita intelligatur cōtrariū. Sed contra prædicta instatur de prælegata. l. ij superatus. in prin. Sol. Ibi lis erat agitata per ipsum debitorem ignorante creditore: q. ideo non præiudicat creditori: hic autem erat agitata sciente creditore: quo casu regulariter sibi præiudicat, nisi in istis duobus casibus: vt hic, & l. fæpe. §. sed scientibus. ff. de re iudi. Signetis glo. circa fi. quæ colligit ista verba.

1 IN summa. †Expensas necessarias ob bonum publicū factas à creditore, potest creditor à debitore repetere. hoc dicit. No. q. dixi in summario. Quæro quo ad declarationem legis nostræ, quid de colono, qui fecit illas expensas, nunquid poterit repetere. Text. videtur dicere quòd sic, argumē. l. ediles. ff. de via pu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Ponesne hũc ea. Vide gl.& Bar.in l.j.ſ. de ſer.fug.& in alijs partibus huius gloſ.

b ¶ Nõ tollitur. Vide Bald. & Ang. circa hoc in d.l.j. C. ſi aduer.cred.

c ¶ Vide per Dy. Et ibi Bar.ſed Bart.hic tenet hanc opi. gloſ. quã Bart. reprobat.

d ¶ Debitores. Intelligit tamen ſecũdum l.iij.ff. de noua. & declarat Bart.in l.neceſſario. ff. ſi tes pig.oblig.poſſ.

e ¶ Debitorẽ Intelligitur ſcdm l.iij.ff. de noua. & declarat Bart. in l.neceſſario. ff. ſi tes pig.oblig.poſſ.

f ¶ Ex pecunia. Res empta ex pecunia mea nõ eſt mihi obligata. Faciũt ad hoc no.per Bar.in l.ſi cũ dotẽ.ſ.fi.ff. ſol.matr. tũ ſi bona fuerint generaliter hypotheca cata ſſerẽ illa in iſta re.l.h.& in auth. ibi poſita.ff.q po.in pigha.habẽt tũ priuilegiũ, licet perſonales actiones: vt no. glo. & Bar.in d.l.huc adde tũ gl.in auth.quo quo iure alias ſed no uo iure.p illũ tex.de act.& obli. tenet q ſi res empta ex pecunia mea, quę fuit mutuata. ad hoc quod nota.de quo p Bart. in l.interdum. ff.qui po.in pig.habe.

bli. Sed quid de vſufructuario: dicatis: vt l.hactenus. & qđ ibi no.ff.de vſufr.& qđ not.per Dy.in l.quæro.ff.de vſufr.lega.

Per alienationem legalem non tollitur ius pignoris ſed per præſcriptionem ſic.

Vcapio. Hęc lex legitur duobus modis in gl.primo mõ legiť, licet ſit ſcds modus in gl. videlicet q aliqs vſucapiẽs rem alienã obligauit eam mihi ante perfectam vſucapionẽ: poſtea facta eſt vſucapio: & ſecundũ iſtũ modũ pones hunc caſum[a]. Titius poſsidebat aliquã rẽ mobilem Sempronij bona fide: vſucapiebat poſtea eã pignorauit: & perfecta eſt vſucapio: qđ erit de iure pignoris? Certè cõfirmatur: qa vſucapio non extinguit ius pignoris. Iſte intellectus licet in ſe ſit verus, tamẽ non applaudit huic literæ: quare gl.in prin. ponit caſum in quatuor perſonis: vt habetis in gloſ. & ſecũdũ iſtũ intellectũ not. q per alienationem legalẽ non tollitur[b] ius pignoris: vt l. alienationis verbo. ff. de ver.ſig. Modo contra iſtũ tex. opp. dicitur hic q vſucapio nõ tollit ius pignoris. Cõtra de l.j.& ij. ſ.ſi aduer. cre. Sol. ibi loquiť in præſcriptiõe: hic in vſucapiõe. Ratio diuerſitatis eſt: quia in præſcriptione oſtenditur maior negligẽtia eius, cõtra quẽ præſcribiť quã in vſucapiõe: quia maius tempus requiritur in ea, quàm in vſucapione: vt hic, & ibi no.

Item op. de l.& quæ nondũ.ſ.qđ diciť. ff.eo. vbi creditor debet probare rẽ fuiſſe in bonis debitoris: qđ non poterit probare hic: qa res eſt vſucapta. quare malè. Solu. dicit q creditor debet probare re fuiſſe in bonis debitoris tempore contractus, vt ibi: non autẽ requiritur q probet rẽ eſſe in bonis debitoris tẽpore quo agit. & ita debet intelligi hęc lex. Vlterius inſtatur, & videtur q hic ſumus in circulo & ſaltabello qđ oſtẽdo creditori per vſucapionem non præiudicatur, vt hic: & creditor poterit per hypothecariam auocare rem ab vſucaptore: & per cõſequẽs debitor occaſione pignoris debitũ ſoluẽdo poterit eandẽ rẽ auocare à creditore: & per conſequẽs vſucaptor dñs effectus rei vendicatione, eandem rem auocabit à debitore: & iterũ debitor ab eodẽ vſucaptore: & ſic ſumus in circulo, quod eſt cõtra l. dñs teſtamẽto. ff. de cõdi. inde. ſ.fi. & ff. qui po. in pig. l. Claudius. Quid dicemus? Gl. dat hic duo, vel tria remedia. Dicit gl. & remedium erit iſtud ad euitandũ iſtud circulum, q debitor faciat ſibi cedi à creditore ius, quod habet in re aduerſus vſucaptorem. Iſtud remedium non videtur bonũ: quia aut tu dicis q cedať actio perſonalis: & hoc eſt falſum: quia eidẽ cõtra eundẽ non poteſt cedi. Aut tu dicis q cedatur hypothecaria, & hoc eſt falſum: quia iſta hypothecaria eſt extincta perſonali actione, per ſolutionẽ. De quo vide per Dy.[c] in l. fideiuſſoribus. ff. de fideiuſ. quare gl. dat aliud remedium, videlicet q creditor cedat debitori ius retentionis, quod habet ex ſentẽtia lata inter vſucaptorem, & ipſum creditorem. hoc eſt falſum quia poſtęa vſucaptor reſtituit vigore ſententiæ creditori illam rem, nullum ius remanet contra eum ex ſententia, quare glo. dat aliud remediũ videlicet quod debitor dimittat creditori, & det eidẽ in ſolutũ iſtam rem pignoratã. Iſtud etiã videtur falſum: quia vſucaptor hanc eandem rem ab eodẽ creditore adhuc poterit aduocare rei vendicatione, niſi dicat ſecundũ dñm Iac. det ſibi in ſolutum, & remaneat ſibi ius ſaluũ pignoris, quo caſu vſucaptor non poterit rem illam auocare niſi debitum ſoluat, ſecundũ dominũ Iaco. Vel dic, q etiam circulus iſte tollitur per ſolutionem factã eidem creditori ab ipſo debitore, per quam ſolutionem tollitur omnis obligatio: vt Inſti. quib. mod. tol. ob. in prin. & per conſequẽs actio tam perſonalis quàm hypothecaria: & ſic creditor amodo per hypothecariam non poterit auocare. & ita debet intelligi ſecundum dominũ Iac. Item quæritur, nunquid lex iſta habeat locum, etiam ſi res mobilis ſit vſucapta per ſpaciũ decẽnij. Plac. dicebat q non: quia res mobiles triennio vſucapiuntur, non decennio. Breuiter tu dicas contrarium: & teneas opi. glo. vt no. in l.j.ſ.ſi aduer.credi. & hic.

1 **Vamuis.** †Licet debitor ſit condemnatus, ſi nõ ſoluit, non tollitur ius pignoris. h.d.

1 **Si dominium.** †Fructus computantur in ſortem, & extenuant debitum. hoc dicit. No. quod dixi in ſummario.

2 *Creditor ſi vult vendere pignus, debet debitori denunciare.*

d 1 **Debitores.** [d] †Creditor poteſt proſequi ius pignoris licet debitori nõ ſit denũciatum vt ſoluat. h.d. Not. q dixi in ſummario. Opp. de l.ſi cõuenerit. & q ibi no. ff. de pig. actio. & l.ſi. de iure do. impe. Sol. Quando q creditor vult tantũ ius pignoris proſequi: & tunc denunciatio non eſt neceſſaria, ſecundũ formã: vt hic.

2 †Quando q creditor vult pignus vendere: & tũc denunciatio eſt neceſſaria, ſecundũ formã dictæ l. ſi. de iure do. impe. & no. in præallegata l.ſi conuenerit. Quando q creditor vult cõſtituere debitorem in mora: & tunc denunciatio eſt neceſſaria, niſi dies eſſet appoſita: vt l. magnam. j. de contrahen. & cõmit. ſtip. & l.ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obliga.

2 *Pignus debet reddi hæredi, licet in inſtrumento non fiat mentio hæredis.*

1 **Tuxor.** †Licet de pignore inſtrumentum non ſit confectum: nihilò minus creditor habet plenũ ius. h.d. Iſta litera licet inſtrumẽto ei[e], & cætera: põt intelligi duobus modis vno mõ prout dixi in ſummario.

2 †Alio modo qđ licet in inſtrumento non fiat mentio hæredis, tamen hæredi pignus eſt reddendum: vt dixit gloſſ. & iſte magis eſt notabilis: vt l.ſi pactum. ff. de proba.

1 **Vm dominam.** †Debitor creditori poteſt cedere omne ius, quod habet in pignore: niſi obſtet ratio ætatis. h.d.

1 **Iſtractis.** †In electiõe creditoris eſt agere actione perſonali contra debitorẽ, vel hypothecaria contra poſſeſſorem pignoris. h.d. No. qđ dixi in ſummario. Opp. de l. Moſchis. ff. de iure fiſci. vbi videtur qđ primò debet agi vel conueniri perſonali actiõe obligatus. Sol. Ibi loqtur in tacita hypotheca hic in expreſſa. Sed cõtra iſtã ſol. inſtatur de §. neque. in auť. de fideiuſ. colla. j. quã habetis j. e. in auť. hoc ſi debitor. Sol. Domini iſta iura corrigũtur per illũ. §. ſed neq. Sed contra iſtam ſolu. inſtatur de §. ad hoc. in auť. de liti. vbi videtur q indiſtinctẽ poſſum agere cõtra quẽcunq; ego velim. Solu. Dic q illa auť. loquitur in caſu ſpeciali & hanc ſolu. ſequitur gloſſ. in fin. j. eodem. auť. hoc ſi debitor. & hęc eſt vera ſecundum noſtros doct.

2 *Factum debitoris non nocet creditori, in iure pignoris.*

e 1 **Debitorem.** [e] †Alienatio facta per debitorem nõ præiudicat creditori vtẽti iure

2 pignoris. h.d. No. †q factũ debitoris non nocet creditori in iure pignoris: vt hic. Sed opp. in auť. hoc ſi debitor. j. e. vbi fit deterior cõditio creditoris per alienationẽ. Sol. circa ius pignoris nullũ ſit præiudiciũ creditori, vt hic, ſed circa ordinem conueniendi ſic. & ita loquitur lex contraria.

1 **Et ſi frater.** †Mutuans alienam pecuniam ſuo nomine, quærit ſibi ius pignoris, & non domino pecuniæ. h.d. Bar.

1 *Res empta ex pecunia pupilli, eſt ei obligata.*

f 1 **Vamuis.** †Res empta ex pecunia[f] mutuata, nõ eſt obligata: niſi de hoc ſpecialiter, vel generaliter conuenerit. h.d. Not. quod dixi in ſummario. Oppo. dicitur hic, quòd res empta ex pecunia mutuata, non eſt obligata. Contra de l. idẽm q. in princip. ff. qui potio. in pign. ha. Solu. eſt dare regulam, & inſtantiam à regula: hæc eſt regula, quòd res empta ex pecunia non eſt obligata. Fallit ſi ematur ex pecunia pupilli: vt in contrario: ſicut & aliàs videtis in emptione, quæ fit ex pecunia pupilli, & aliarũ perſonarum, de quibus habetis in l.ſi vt proponis. ſ. de rei vẽdi. de quo dic vt ibi not. per Cyn.

1 *Pignoratitia actio eſt perſonalis: & quid de hypothecaria.*

a ¶ Op. q non ſit realis. An hypothecaria & pignoratitia ſunt in rem, vel in perſonã & quomodo, vide nota. per Bartol. in ſ. tertij. in proœ. Digeſtorum. & quod hypothecaria nihil habet ſpecialiter, eſt tex. in l.ſina. ſ. ſi vnus ex pluribus. quem ibi ad hoc ponderat Bald. contra glo. in d. ſ. de pignore.

b ¶ Perſecutione. hic vide not. in authen. matri & auiæ. & au then. hoc ſi debitor. quædam tractãtur per Moder. Inſtitu. de actio. ſ. itẽ ſi quis in fraudem.

c ¶ Hypothecaria. Ad iſtud contrariũ vide Barto. ſ. e. l. diſtractis.

2 **Pignoris.** Opp. quòd non[a] ſit realis: ſed videtur perſonalis: quia oritur ex contractu: vt inſtit. quib. mo. re contra. oblig. §. fi. quod non eſt de natura realis: vt in §. omnium. Inſtitut. de actio. Solu. † Aut loquimur de pignoratitia actione: & illa eſt perſonalis: vt in contrario. Aut loquimur de hypothecaria: & illa eſt realis, vt hic. Sed contra iſtam ſolu. inſtatur, & videtur quòd etiam hypothecaria ſit perſonalis, quia oritur ex pacto: vt l.ſi tibi decem. §. de pignore. ff. de pac. quare malè. Sol. dicas quòd hypothecariæ actionis duæ ſunt cauſæ. Vna mediata: vt puta, pactum vel confeſsio: & de hac loquitur præalle. §. de pignore. Alia eſt cauſa immediata, quæ erat in hypothecaria actione: vt puta, ius quod conſtituitur in pignore ex pacto: & ſecundum hoc etiam hypothecaria eſt realis: quia oritur ex iure, quod quis habet in re, ſicut aliæ reales: vt in dicto §. omnium. & quod ibi not. per gloſſ. & Dynum.

2 *Si creditor amiſit pignus, an debitor debeat probare culpam, uel ipſe caſum fortuitum.*

1 **Sicut uim.** †Creditor tenetur de dolo, & lata culpa, & leui: non de caſu fortuito. hoc dicit. Not. quòd dixi in ſummario. Quæro, de qua culpa debeat intelligi l. noſtra. Breuiter dicatis, quòd debet intelligi de lata culpa, & leui, non de leuiſſima: cùm ſit contractus, qui gratia vtriuſque contrahitur: vt inſti. qui. mo. re contra. ob. §. fin. De quo dic, vt ibi, vt eſt bona glo. Item quæritur † ecce, amiſit creditor pignus: debet ne ipſe probare amiſiſſe per caſum fortuitum, an debitor debet probare dolum vel culpam? Vnde glo. hic remittit ad ea, quæ not. in l.ſi creditor. de pign. act. Vnde circa hanc quæſt. gl. noſtræ variant. Gl. in l.ſi quis ex argentarijs. §. fin. ff. de eden. dicit, quòd debitor primò debet probare dolũ vel culpam creditoris interceſsiſſe: & ſi creditor vult poſtea probare caſum fortuitum, admittitur, & excuſatur. Et intelligũt iſtum tex. quòd ſit caſus ſpecialis in argentario. Et ita etiam notat glo. in l.ſi quis fundum. §. Imperator. ff. loca. circa princi. titu. Gul. de Cu. d.l.ſi quis ex argentarijs. §. fina. reprobat iſtam glo. per rationem iſtam: quia ſi probaretur dolus, vel culpa creditoris: ad quid prodeſſet creditorem poſtea probare caſum fortuitum? Certe ad nihil. Quare dicas vt not. & melius Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. §. fi. vbi eſt bona gl. & in l.ſi creditor. ſ. de pig. act. & iſtam glo. communiter approbant doctores.

2 *Non debet quis cogi inuitus agere.*

3 *Oblatio, conſignatio, & depoſitio tantum operatur, quantum ipſa ſolutio.*

1 **Creditor.** †Oblatio, conſignatio, & depoſitio debiti ſufficiũt ad hoc vt poſsit agi pigno-

2 ratitia. h.d. No. quòd † quis nõ debet cogi inuitus agere, vt hic. Secundò no. quòd † tantum operatur obligatio, cõſignatio, & depoſitio, quantum ipſa ſolutio: vt hic, &c.

1 **Es obligatas.** † Extraneus ſoluens debitum pro alio, non quærit ſibi ius pignoris: ſed ſolum repetere poteſt. hoc dicit. Not. quòd licet aliquis ſoluat pro alio debitum, non quærit ſibi ius pignoris: vt hic. Sed oppon. dicitur quòd hic propter ſolutionem non quærit ſibi ius in pignore. Contra dictum §. contra autem creditor. Inſtitut. quib. alie. li. vel non. vbi dicitur quòd acquirit dominium: hic autem dicitur contrarium: quare malè. Solu. Aut aliquis ſoluit creditori debitum pignus emendo ab eo: & tunc acquiritur ſibi dominium. Ita intelligatur lex contraria quod intelligę ſi pignus vendatur ſecundum formam legis: vt habetis in l.fina. de iur. domi. impe. & not. in l.ſi conuenerit. ff. de pignora. actione. Opp. & videtur, quòd iſte ſoluens non habeat actionem ad repetendum quod ſoluit: vnde oppo. de l.j. in principio. ff. quibus modis pignoratitia vel hypothecaria ſoluitur. Sol. Aut iſte ſoluens poſsidet pignus: tunc non habet actionem, ſed ipſum pignus retinere poteſt pro eo quod ſoluit. Et ita intelligatur lex contraria. Aut ipſum non poſsidet: & tunc datur ſibi actio: ita intelligitur hic. Sed quæro iuxta hoc, quæ actio ſibi data tur ad repetendum. Breuiter dicatis, q aut debitor principaliter ſibi hoc mandauit vt ſolueret; & tunc debebit actionem mandati ad repetẽdum: alias habebit actionem negotio. geſto. vt in l.ij. ff. man. Inſti. eod. ti. §. j.

1 **Ecundus creditor.** † Secũdus creditor offerens debitũ primo creditori, confirmat ſibi pignus pro eo q ſoluitur, & etiã in vſuris: nõ pro vſurarum vſuris. Not. qđ dixi in ſummario.

2 *Pignus ſi contrahitur non ſolum conſenſu, ſed etiam traditione: ſi remittitur, non tollitur ipſo iure, ſed per executionem.*

1 **Maior.** † Sicut pignus nuda conuentione contrahitur: ita nuda conuentione remittitur. hoc dicit. Not. q pignus remittur ſeu tollitur nuda conuentione: vt hic. Contra legẽ noſtrã inſtatur: dicitur hic, q per remiſsionẽ ius pignoris tollitť ipſo iure. Contra: imò videtur quod per exceptionẽ: vnde oppo. de l.ſi tibi decem. §. de pignore. ff. de pactis. vbi dicitur quod tollitť per exceptionẽ. Solut. Aut pignus contrahitur nõ ſolũ conſenſu, ſed etiam traditione: & tũc per remiſsionem non tollitur ipſo iure, ſed per exceptionẽ: vt in cõtrario. Aut contrahitur ſolo cõſenſu: & tũc cõſenſu cõtrario diſſoluitur ipſo iure. Sed contra iſtã ſolutionẽ inſtatur de l. debitũ. j. de remiſ. pig. Sol. Ibi remiſsio fuit inutilis. Sed contra iſtã ſol. inſtatur de l. j. §. j. qui mo. pig. vel hypo. ſoluť. Sol. Quantũ ad præſens

2 dicatis duo verba †: quãdo q pignus cõtrahitur nõ ſolũ conſenſu, ſed etiam traditione: & tũc ſi remittitur, tollitur per exceptionẽ: vt d. §. de pignore. ſecũdo reſpõſo. Quandoque cõtrahitur ſolo cõſenſu: & tũc ſecundũ dominũ Iacob. butri. aut fuit expreſſa remiſsio pignoris: & per remiſsionẽ tollitur ipſo iure, vt hic. Aut non fuit expreſſa pignoris remiſsio, ſed tacita: vt quia remittitur debitũ: & tunc aut iſta remiſsio eſt vtilis: aut inutilis. ſi eſt vtilis de hoc dic vt not. in d. §. de pignore. Si verò eſt inutilis, aut eſt eadem cauſa vitiãdi tam remiſsionem debiti, quam remiſsionem pignoris: & tũc vtraque vitiatur: & ita loquitur l. debitũ. de remiſ. pigno. Aut eſt eadem cauſa vitiandi: & tunc habet locum l.j. §. j. quib. mod. pignus vel hypo. ſoluť. Et dic plenè de hac materia vt d.l. ſi tibi decem. ſ. de pigno. per gl. & doct. ff. de pac.

2 *Hypothecaria non poteſt intentari contra poſſeſſores bonorum, antequã ſit actum perſonali. & nume. x.*

3 *Et ſi debitor eſt abſens, fertur quædam interlocutoria contra eum, tanquam contra contumacem: & fiet executio bonorum ipſius.*

4 *Contra fideiuſſorem poſſidentem poteſt creditor agere, quacunq; actione uelit, tam realj, quam perſonali.*

5 *Qualiter intelligatur actum cum reo, ut poſtea agatur contra poſſeſſores.*

6 *Qualiter fiat excuſsio bonorum rei principalis.*

7 *An ſit neceſſe quod iudex pronunciet excuſsionem legitimè fore factam.*

8 *Si fuit actum hypothecaria contra poſſeſſores bonorum, non conuento primo reo principali, nec facta excuſsione, nil debet proceſſus & ſententia.*

b 1 **Perſecutione.** [b] † In electione creditoris eſt agere perſonali, vel hypotheca-

2 ria: quod eſt verum debitore poſsidente: poſsidente autẽ extraneo oportet q primò agatur contra reũ, & fideiuſſores. h.d.

c cum authen. hic poſita. Not. q hypothecaria [c] non poteſt intentari contra extraneum poſſeſſorẽ, niſi primò agatur contra eum, & fideiuſſores, & fiat excuſsio bonorũ, vt hic: quo facto põt agi cõtra poſſeſſores bonorũ debitoris: & vltimò cõtra poſſeſſores bo-

2 norũ fideiuſſorũ, vt hic videbitis. Opp. † dicitur hic q hypotheca ria nõ poteſt intentari contra poſſeſſores bonorũ, antequam ſit actum perſonali. Contra de §. ad hoc autẽ. in authen. de liti. colla. viij. & de authen. hoc ita. ſ. eod. titu. Solu. Dixerunt quidã q hęc corrigitur per illã: quia illa eſt vltima. Iſta ſol. eſt falſa: quia quòd non immutatur. quare ſtare prohibetur: vt l. ſancimus. ſ. de reſta. Quare dixerunt alij quod in lege contraria poſſeſſor habet cauſam à debitore: & ideo ſicut ipſe debitor poterat conueniri quacunque actione: ita & poſſeſſor cauſam ab eo habens. Iſta ſolutio eſt falſa per l. apud Celſum. §. de authoris. & §. ſi quis autem ex cauſa legati. ff. de doli exceptio. Quare dixerunt alij, quòd iſta intelligitur ſecundùm illam, & illa ſecundùm iſtam. Iſta ſolu. eſt dicere cõtra tex. illius l. Quare dixerunt alij, quòd aut loquimur de tacita hypotheca, aut de expreſſa. Primo caſu habet locum authen. noſtra hic poſita. Secundo caſu, habet locum lex contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quid dicemus. Si pendente hypothecaria contra debitorē fiat alienatio, non requiritur expressio adde l. hic in prin. & in d. l. j. ver. quæro quid si debitor. ℸ. quæ in frau. credi. & a quod notat Bald. de litig. authen. litigio sa. in fi. & not. ad intellectum huius authen. siue tertius possessor habeat titulū inualidū & ab extraneo, & non habentē ius alienandi siue nō vt est nota. & ibi Bald. in l. rei. de dist. pig. & quod not. hic glo. in princ. & adde q̄ est dare casum singularem, in quo in rei vendicatione requirit excussio: vt in casu auth. contra & ibi Bal. in princi. ℸ. ad Treb. 3

b ¶ Potero agere. Si debitor est absens an requiratur excussio, vt agat contra tertios possessores: sed Iacob. de Are. in tract. excussionum. in fin. indistinctē tenet glo. de quo tractatu Bart. hic facit mentionē in q. qualiter fiat excussio facta de commissione: c & istam gl. etiā simpliciter sequitur hic Barto. Adde quid si pendēte iudicio reus principalis cœpit abesse. Baldus. consilio cclxxij. lib. iij.

c ¶ Agetur contra eū. 4 Sed quid si sunt duo rei obligati insolidū, & actum est contra vnū: & est facta excussio realis, & personalis: an agi possit contra tertiū possessorem rerum, non excusso alio obligato insolidū. facit ad hoc l. ij. ℸ. de conuenien. fil. debi. lib. x. & ibi hanc quæstionē formatBar. & plus nō dicit, nec decidit. Vi de Instit. de actio. §. item si quis in fraudem. & Bart. in authenti. sed hodie. in prin. de act. & obli.

d ¶ De fideiussore. Vi de not. per Bart. in l. 5 mulier. ff. qui po. in pigno. habean. & in l. Moschis. ff. de iur. fil. & dicit. Bar. in d. l. mulier. qđ si sunt duo rei, contra vnū potest agi hypothecaria, antequā cōtra alium fiat actum personali.

e ¶ Quæro qualiter fiat. Qualiter fiat excussio in authen. sed hodie. de act. & obl. per Bart. & Bal. in l. à duo. §. in vendi. de re iudica. & subdit Bald. in d. authenti. quod etiam pro forma fit excussio: vel si vadit talis iudicando in personali, quæria: & sic etiam erat olim de iure antiquo: vt l. Moschis. ff. de iure fis. Ista solu. reprobatur per glo. & meritò per. l. cū possessor. in fi. ff. de censi. verum est q̄ gl. alibi approbat istā solutio. & approbat eam in §. sed neque. in authen. de fideiuss. vnde sumitur ista. Quid dicemus [a] teneas solu. Ioan. positā hic, in fin. glos. magnæ. & approbat eam Azo in Summa. co. ti. & domi. Iac. hic, & cōmuniter omnes docto. nostri. Ea solut. hæc est q̄ lex contraria loquitur in casu speciali, videlicet quando lite cœpta contra debitorem ipse debitor alienauit: quo casu, licet nō cōtrahatur vitiū litigiosi quantū ad omnia, tamen cōtrahitur quantū ad hoc vt possessor causam habēs à debitore possit conueniri, etiam antequam sit debitor. & ista est vera sol. & rectè fuit intellectus illius legis. Modo pro declaratione legis nostræ querit gl. quæ incipit: quid si debitor sit absens. quam signa. Dicitur hic q̄ oportet primò q̄ agatur contra reum principalem. † Quæro: debitor est absens: nunquid potero agere [b] cōtra possessorem bonorum? Glo. determinat hic indistincte q̄ sic: sicut & aliàs diximus in fideiussore: vt in authen. de fideiusso. §. j. collatio. j. Tu verò secundū Iacob. Butri. limita istā gl. hic, videlicet q̄ etiam sit necesse agi contra principalē debitorem absentem, non adeò vt diffinitiua feratur contra eum, quia fieri non possit, quia lit. non contesta. sed bene agetur cōtra eum: [c] & feretur quædam interlocutoria contra eum, tanquā cōtra contumacem: & fiet discussio bonorum ipsius: arg. l. præsenti. §. j. & ij. §. de his qui ad eccle. confu. Vlterius quæro: dicitur hic q̄ contra debitorē possidentē, potest creditor agere quacunque actione velit. † Quæro, quid de fideiussore: [d] nunquid contra fideiussorem possidētem poterit creditor agere quacunque actione velit? Quidam dixerūt q̄ non: & ita not. gl. in corpore authē. vnde sumitur. Glos. hic. & melius, secundum nostros doct. tenet contrarium, quòd idem sit in fideiussore possidente, quod in reo principali. Et hāc approbat do. Iaco. hic, & rectè: vnde ordo conueniendi secundū gl. & nostros doct. est, quod agatur primò contra reum principalem reali, & personali actione: & postea contra possidentē reali vel personali: & postea agetur contra possessores bonorū rei principalis. Vltimò peruenitur ad possessores bonorum fideiussoris: & iste ordo rectè colligitur ex dicto §. sed neque. Item extra gl. † quæro: dicitur hic, quod nō debet agi contra possessores, donec persona li actum sit cum reo: quæro qualiter actum. Breuiter est dicendum, quod debet intelligi cum effectu, adeo quod reus sit condemnatus: arg. l. ignoti. ℸ. de his quæ in frau. cre. & in l. j. C. de decu. lib. x. & argu. in l. j. in fi. ff. quod quisque iur. quod intellige si reus sit præsens, adeo quod diffinitiua possit ferri contra eum. Aliàs dic vt dixi §. in quæstio. quid si debitor sit absens. 6 † Quæro: dicitur hic quòd debet fieri excussio bonorum rei principalis: quæro qualiter fiat. [e] Breuiter. istud qualiter sit colligitur ex l. præsenti. §. j. & §. si cubi. de his qui ad eccle. confu. inter alios modos secundum Iacob. de Aret. est, q̄ fit discussio bonorum per nuncium publicum, cui referenti iudex credat: vt l. magis puto. §. ne tamen. ff. de rebus eorum. & argu. l. ea quidem. de accu. Cautela tamē est secundum eum, quòd mittantur duo nūcij: quia in ore duorum stat omne verbum: argu. in authenti. de testibus. in princip. Sūt & alij modi, de quibus dic vt not. per eum in trac. suo. Item quæro, † nunquid sit necesse, quòd iudex pronunciet [f] excussionē legitimè fore factam. Iacob. de Areti. tenet quòd sic, arg. l. tutores. quæ est quinta ff. de confirma. tuto. ibi: idoneis pronunciatis, &c. Iacob. Butri. hic tenet quòd non debet pronūciari, neque posset: quia cum sit actū [g] contra reum principalem: quomodo ex isto processu ferretur sententia in præiudicium possessoris bonorum: quia nihil habent in uicem cōmune. Vnde concludit ipse, quod pronunciatio non debet fieri. argumen. in l. sancimus. §. j. & ibi bona gl. ℸ. ad Trebellia. multum tamen facit contra hanc opin. l. nō tactum. §. senatus. ff. de fideicommiss. liber. Quæro, † pone, actum fuit [g] hypothecaria contra possessores bonorum, non conuenio primo reo principali, neque excussione facta: nunquid valebit processus & sententia? Videtur quod non: quia peruertitur ordo contra l. prolatam. ℸ. de senten. & interlo. omnium iudi. In contrarium videtur l. j. ℸ. de appellatio. & hæc vltima vera, secundū Iacob. de Are. Non obstat cōtrarium: quia aut peruertit ordo vnius causæ ad seipsam: & dico quòd talis peruersio ordinis annullat sententiam: vt d. l. prolatam. Aut peruertitur ordo vnius causæ ad alteram: & tunc talis peruersio non vitiat processum, vel sententiam ipso iure. Et ita debet intelligi prælegata l. j. ℸ. de appel. Alia dic vt dixi in d. §. sed neque.

1 **Eruo.** † Extincto pignore, nō extinguit obligatio per sonalis. hoc dicit.

℣ Cum agitur contra extraneū furē, illud quod consequitur creditor, vltra debitum suum reddit debitori.

1 **Si tibi.** † Creditor potest agere actione furti, contra furē h ratione rei pignoratæ. h. d. Not. q̄ dixi in summario. quod est verum, q̄ potest agere actione furti, siue contra furem extraneum, siue contra ipsum debitorem subtrahentem. † Sed est differentia: quia cū agitur contra extraneū furem, illud, quod consequitur vltra debitum suum, reddit debitori: aliàs si ageret cōtra ipsum debitorem, nihil sibi restitueret: vt l. creditor. ff. de fur.

2 *℣ Lex non trahit se ad causas finitas.* i

Sv per hypothe. [h] † Creditor, cui obligata sunt omnia bona à debitore, habet etiam obligatam militiam ex pecunia sua emptam, verè vel præsumptiuè. hoc dicit Quod est verum, si ad hoc pecunia sit mutuata. h. d. cum authenti. hic posita. Et diuiditur ista lex in tres partes. Nam primò dicit, de militia empta filijs, vel cognatis. In secunda dicit, de militia empta extraneis. In tertia parte quandā determinationem ponit, seu limitationem præcedentium. Secūda ibi: quod ita obtinere sancimus. Tertia ibi, circa finem. scilicet in futuris. Nota quod dixi in summario. Secundò nota [i] differentiam inter primum casum, & secundum: quia, vt dixi, si emitur militia filijs, vel extraneis, non est necesse creditori quando fiat excussio, vide Bartol. in l. duobus. in penul. q. de duobus reis. Bal. plenè in l. ij. quando fiscus vel priuatus.

¶ Pronunciet. Nunquid in excussione sit sententia necessaria, adde Bar. & quę ibi scripsi in l. stipulatio. §. habet de no. operis nuncia. & latè instit. de actionibus. §. item si quis in fraudem. Adde Roma. consil. ccxj.

¶ Actū fuit. Adde Bald. in authen. cōtra. ℸ. ad Trebel. in fi. per Bar. in d. l. pro latam. in princ. not. glo. & ibi Bar. l. ij. ℸ. communi diuidun. & l. si verò mancipium. §. j. de euic. & consuluit Ange. per prædicta. & in terminis sequitur Bar. in l. conueniculam. in iij. colū. de epis. & cler. Sed idē Bald. in l. j. ℸ. communi diuidun. post Bar. ibi dicit tamen quòd est necesse actori post litem contestatam excussionē facere, vel docere de sopia principalis: sed quod sem per in qualibet exceptione excussionis, & ordinis, sit necesse quòd opponatur ante lit. contesta. tenet Bald. in l. exceptionem. in vj. colū. de probat. excussio facta pendente iudicio retrotrahitur. tenet Bal. in l. testamē to. ℸ. de test. quod intelligę secundum no. per eum in d. l. communi diuidundo. & vide Bar in l. exceptionem. ff. de excep. Paul. de Castr. in l. fi. ff. si certum peta. tenet q̄ executio sententię possit opponi.

¶ Super hypothecis. Et hanc legem qualiter ḋclarat bal. in l. in rebus. ij. colū. ℸ. de iure dor. Et ad hanc legem cum authen. ibi posita, adde quod legitur & notatur per gl. & Bar. in l. quid ergo. de privileg. cred. & in l. licet. C. qui potio. in pignor. habeantur.

¶ Secundo nor. Adde quod no. in l. Macedoniani. alias, sinautem. ℸ. ad Macedo. & Barto. in l. si venti. §. fina. in fin. ff. de priuileg. credi.

a ¶ Tacite. Tamen non idem operatur ac si esset specialiter alleg. vt est tex. in l. prima. C. de ser. pig. da. ma. licet in pupillo sit secus: quia res empta est pecunia pupilli, est ei tacite obligata, & specialiter. Textus est ibi not. in l. si tutor. ℸ. de seruo pigno. da. ma. ad hanc legem de tacita hypotheca fisci, vide not. in l. rescripti. & in princ. ff. de pact. & Bar. in l. aufertur. §. fiscus. ff. de iu. fis. vbi post eum. Item adde casum, in quo etiam contrahitur tacita hypotheca: videlicet si res est empta ex pecunia b vsuraria, vt no. Bal. in l. tutor. supra, de seruitu. pignor. da. ma.

b ¶ Quāuis. Et circa glos. ij. hic, quæ voluit alleg. l. simile. ff. ad municip. per quā legem dicitur quod nulla ciuitas præter Romanam, habet hypothecariam regulariter in bonis ciuium pro datiis præstandis, & tributis l. ij. C. de iur. Reipubli. libro xj. & ideo expedit quod ciuitas, quideat vt trāseat res cū onere soluendi collectas communi: & potest facere. argu. l. Antiochensium. ff. de priuileg. credi. §. fina. ad mun. l. mumerum. §. præterea. de muner. & hono. Innocen. in cap. postula. de foro competen. adde in l. rescriptum. de pact. & quod ibi dixi. & Bald. in l. fina. in iij. colum. de sacrosanc. eccl. & ibi etiā quid in ecclesia. & Bal. in hac l. ij. & intellige hanc legem de fructibus naturalibus: secus de industrialibus. not. glos. in l. assiduis. qui potio. in pigno. hab. in versi. quæro. an habeat locum ista tacita.

c ¶ Satis notum. Nota casum, in quo tenetur vxor pro marito, vide Bar. in l. j. ff. solu. matri.

d ¶ Secūdo no. Quando inuecta, & illatā sint tacite hypothecata, vide plene Bal. in l. certi iuris. supra locati.

e ¶ Retinere. An & quādo possum vnā rem retinere pro aliquo mihi debito? & quid de scriptore, vi de casum in quo habet locum retentio, per glos. & Bald. in l. ij. ℸ. fi antiqui. cred. Et de hac materia plene per Iacob. de Bel. in l. j. infra etiā ob chiro. pecu. tori, quòd probet ex pecunia sua militiam fuisse emptam. In secundo casu non præsumitur. Tertiò nota † quod lex non trahit se ad causas finitas: vt l. penultima. ℸ. de transactio. & suprà, de sacrosanct. eccle. l. penultima.

In quibus causis pignus tacitè contrahatur. Rubrica.

LEX I.

Niuersa. † Bona debentis solu ere tributa, vel contrahentis cum fisco, tacitè [a] sunt obligata fisco. hoc dicit, cū lege sequenti.

LEX II.

Vamuis. [b] † Fructus rei, obligatæ, tacitè sunt obligati: sed res ex pretio fructuū empta, non est obligata. hoc dicit. Et nota quod dixi in summario. Contra secundam partem summarij opponitur. de l. si & rem. ff. de petitio. hæredit. Glos. non soluit. Dic quòd speciale est in vniuersali iudicio: vt in petitione hæreditatis. & ita not. in l. contraria. Sed contra istam solu. instatur de l. mater. suprà, de rei vendica. Solu. Secundum Iaco. dic, & ibi est speciale vt habeatur recursus ad pretium re perempta, vel præscripta. De quo dic plenè vt ibi folet notari per doctores.

Atis notum. [c] † Bona dotalia sūt tacitè obligata pro administratione primipilarij, excusatis tamen prius facultatibus primipili. hoc dicit. Nota quòd licet regulariter bona dotalia non possint obligari propter debitū mariti: fallit tamen in casu isto: vt habetis ℸ. ne vxor pro mari. per totum, &c.

2 *℣ Pignora obligantur tacitè locatori, si inuecta sunt: aliàs secus, & nu. 1.*

3 *Creditor non potest retinere rem debitoris sibi non obligatam prætextu debiti.*

4 *Nisi peruenit ad eum de voluntate debitoris eo animo, vt aliquod ius constitueretur in ea re.*

5 *Scriptor pro mercede sua, & pro expensis quas fecit in scriptura sua, potest retinere quinternos.*

1 **Si nō inducta.** Ista est bona lex. † Licet inuecta, & illata sint tacitè obligata locatori pro pensione: tamen si non ostendantur esse inuecta, & illata, locator non potest ea retinere prætextu pensionis. hoc dicit. Not. quòd † pignora obligantur tacitè locatori, si inuecta sunt: aliàs non. Secundò nota [d] quòd † creditor non potest retinere rem debitoris sibi nō obligatā prętextu debiti. Modò opp. iste text. videtur velle concludere, quòd ea quæ sunt illata in fundo, tacitè sunt obligata locatori pro pensione, contra dictā l. debitor. ff. de pigno. vbi debitor induxit in fundo manci pia: & tamen non sunt obligata. Solu. Aut illud, quod induxit in fundum, vel in domum, induxit ibi perpetuò permansurum: & tunc tacitè obligatur locatori. Et ita potest intelligi hic à contrario sensu: vt l. ij. ff. eodem tit. Aut non inducitur ibi perpetuò mansurum: & tunc non est tacitè obligatū locatori. Item instatur de l. certi. ℸ. loca. vbi f ita demū sunt obligata locatori, si sciebat ea esse inducta. Sol. Hæc lex determinatur secundū illā: quia ita demum ea, q̄ inducūtur in prædio rustico, sunt obligata locatori, si locator sciat: aliàs non. Secus in prædio vr- g bano: vt ibi no. Insti. de act. §. item Seruiana. Et quæ sit ratio diuersitatis, dic vt in vtraq; earū no. Itē opp. dicitur hic q̄ creditor non potest retinere rem debitoris, prætextu debiti. Contra de l. si nō sortē. §. si centū. ff. de cōdi. indeb. Sol. Aut res debitoris peruenit ad creditorē, de voluntate ipsius debitoris: aut non. Primo casu, potest eā retinere [e] pro debito suo, Et ita intelligitur lex cōtraria. Secūdo casu nō. Et ita intelligitur hæc lex. Sed cōtra istā sol. instatur de l. prætextu. quæ est l. fi. §. cōmo. vbi peruenit res ad creditorē, de volūtate debitoris: & tamē nō potest eam retinere. Sol. Aut res peruenit ad creditorem hoc animo, vt constituatur ei ius in re: & tūc creditor potest eā retinere. Et ita intelligūtur ea, quæ dixi in §. si centū. & qđ ibi no. Aut non peruenit hoc animo vt aliquod ius ei cōstitueretur in re: & tunc nō potest eam retinere. & ita intelligatur prælleg. l. fi. §. cōmo. Sed contra istam solu. instatur d. l. in rebus. §. possunt. ff. cōmo. Breuiter pro horū solu. dicas duo verba: nā q̄nq; res debitoris peruenit ad creditorē sine voluntate ipsius: & tunc creditor nō potest eā retinere pro de- 4 bito. & ita intelligitur hic. † Quādoq; peruenit ad creditorē de voluntate ipsius debitoris: & tunc aut hoc animo vt creditori ali quod ius cōstitueretur in ea re: & tunc creditor potest eam retinere pro debito. & ita loquitur prælle. l. si nō sortē §. si centū. de condi. inde. Aut peruenit eo animo, vt creditori non constitueretur aliquod ius in re: & tūc aut vult tē istam retinere propter expensas, quas fecit in ea: & dico q̄ potest. Ita debet intelligi l. in rebus. §. possunt. ff. cōmo. Aut vult eā retinere propter aliud debitū: & dico q̄ nō potest. Ita debet intelligi prælle. l. fi. §. cōmo secundū Iac. de Are. Vel dic vt ibi plenè not. per Cy. & valent prædicta ad q. 5 de scriptore † q̄ scriptor pro mercede sua, & pro expensis, quas fecit in scriptura sua, possit retinere quinternos: vt no. in d. l. si nō sortē. §. si centum. ff. de condi. inde. & in d. l. in rebus. §. possunt. ff. commod.

2 *℣ Tutela quæ defertur matri est legitima.*

f **Imater.** † Si mater pupilli ad secūda vota transiēs 1 non petierit eidem tutorem, & quod ex administratiōe debeat, non soluerit: bona mariti pro hoc tacitè sunt obligata. h. d. Ista lex est notabilis. quā no. Et nota 2 primò quod dixi in summario. † Secundò not. quod tutela, quæ defertur matri est legitima. De quo plenè per glo. doct. in auth. matri & auiæ. ℸ. qñ mulī tute. offi. fun. pos. Itē not. casum speciale, in quo propter debitum vxoris obligantur bona mariti. sic ecōuerso. Videbitis glo. ℸ. eo. l. satis. contra regulā generalem ℸ. ne vxor pro mari.

1 **Ancimus.** † Iura loquētia de rebus inuectis, et illatis. tacitè obligatis locatori, sunt communia in omni loco. h. d. Quid sit territoriū, habetis in l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. sign.

Si alienares pignori data sit. Rubrica.

LEX I.

g **Procurator.** [g] † Res non potest obligari per procuratorem non habē 1 tem speciale mandatum, vel generale cum libera: nisi forte dominus eam consuetus erat obligare, vel nisi pecunia in rem domini sit versa. h. d. cum omnibus, glosis. Opp. dicitur hic, quod procurator non potest constituere ius in pignore. Contra de l. procurator cui generaliter libera. ff. de procura. Solu. Aut procurator habet speciale mandatum, aut generale, cum libera: & tunc constituit ius in re vt in contrario, secus si non habet speciale mandatum, vel generale cum libera: & ita loquitur hic. Sed contra istam solu. instatur de l. vel vniuersorum. ff. de pig. act. Solu. Ibi pater fa. erat consuetus eam pignorare: & ideo si tales res per procuratorem pignorentur, bene constituitur ius in re. Ita tollitur contrarium.

¶ Si mater. Idē voluit Spe. in ti. de tu. §. nūc dicendū ver. si trāsit. Vbi idē tenet. idē tenēt hic bal. Sa. & Raph. et ita nunc consulo. And. Barb.

¶ Procurator. An procurator generalis possit rē pignorare, vide j. eodem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Si probaueris. Aduerte istū tex. dū requirit fraudem: quia Bar. in l. quæ dotis. soluto. matri. subaudit maxime: quod not. quia aliter non bene intelligeres istā materiam. Et quid si obligaui rem alienā, & tradidi: an possit ille, cui fuit illa res tradita, præscribere iuri hypothecæ? bal. q̄ non, in l. si quādo. C. ad Velleia.

b ¶ Confirmatur pignus. Sed si dominium rei pignoratæ superuenit debitori, confirmat pignus: plene per Bar. in l. j. ff. de pigno. & vide in ead. l.

c ¶ Res aliena. Quando res aliena obligari possit, vide Bald. not. in l. mater. in j. colum. de rei vendi. & vide not. in l. ij. de pigno. actio. & quę ibi dixi post Barto. in l. j. §. j. ff. de pigno.

2 ☞ *Quādo in hypothecaria habeat necesse creditor probare rē fuisse in bonis debitoris, tēpore obligatiōis: uel eū tūc possedisse bona fide, & probare titulū debitoris, & nu. 5.*

3 *An res aliena possit obligari efficaciter.*

4 *Et quid si dominus rei succedat eidem debitori.*

Quod autem si debitor in re obligata nō habeat nisi possessionē, an veniat in obligatione: adde quod si talis res sine vitio postea deueniat ad alium creditorē, ad quem habeā regressum: vide Cy. & Salice. hic, & quæ not. Barto. in l. rē alienā. in antepenul. col. ff. de pigno. actio. Ade melius de qō. hic tacta per Alex. Ioā. And. in addi. ad Specu. in tit. de solut. §. j. Versic. sed pone.

1 1 2 b

d ¶ Probare creditor. Quid habet probare creditor in hypothecaria, vide Cyn. Bald. & Bar. in l. de rebus. §. de donatio. ante nup.

3 c

e ¶ Extraneus possessor. Quod verū intellige notabiliter, vt in l. de rebus. §. de donatio. ante nup. &c. si quilibet posset sorvelle se tueri: q̄ nota. Sed aduerte: quia Bar. in l. rē alienam. ff. de pig. act. tenet contrarium eius quod hic dicit lex q̄ habenti titulū lucrativum à debitore, sit opus probare de dominio debitoris.

LEX II,

Si probaueris. [a] †Res aliena non potest aliį obligari, sine consensu domini: nisi de fraude domini appareat. hoc dicit. Quærit glo. quis debet probare istam machinationē, seu fraudem. Breuiter debet probare ille, qui allegat: vt in l. in exceptionibus. & l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba.

LEX III.

Vrator. † Administrator alicuius, rē domini pignorans, non cōstituit ius in re: nisi appareat, pecuniam esse versam in vtilitatē domini. hoc primò. Itē filius nō potest obligare rem patris, eo viuēte. h. d. cum l. seq. Super le. quærit glo. quid in emancipato? ij. dicit idem & bene. Ratio dubitatiōis erat: qa filius viuente patre est dominus, & post mortem patris continuatur dominium: nec deest sibi viuente patre, nisi sola administratio: vt l. in suis. ff. de libe. & posthu. ideo videbatur q̄ posset etiam viuente patre, rem patris pignorare: hoc tñ remouet hac lege.

1 ☞ *Quādo in hypothecaria habeat necesse creditor probare rē fuisse in bonis debitoris, tēpore obligationis: uel eū tūc possedisse bona fide, & probare titulū debitoris, & nu. 5.*

2 *An res aliena possit obligari efficaciter.*

3 *Et quid si dominus rei succedat eidem debitori.*

Vm res. Ista est optima lex, & tractat optimam materiam. & breuiter dicit: † Si res, quæ non fuit in bonis debitoris tēpore obligationis, incipiat postea esse in bonis debitoris. confirmatur pignus [b] vtiliter. hoc dicit. Nota q̄ si debitori rem alienā obliganti superueniat ius in re, q̄ prodest creditori quantum ad vtilitatem hypothecariam: vt hic. † Ex quo habetis inferre aliud, quod ad hoc vt directa hypothecaria competat, requiritur rem fuisse in bonis debitoris, tempore obligationis: vt l. & quæ nōdum. §. q̄ dicitur. ff. de pig. Oppo. q̄ † res aliena [c] possit obligari efficaciter. vnde opp. de l. iij. §. cum ex causa. ff. qui po. in pigno. hab. Solu. In lege contraria debitor obligans habebat ius ad rem: ideo poterat eam obligare. & ita intellegit contrarium. Item oppo. j. fi pig. da. fit. l. j. & quasi per totū. Item op. de l. grege. §. ij. ff. de pig. Sol. Ibi in lege contraria debitor obligās, habebat ius in re: & ideo poterit obligare. Sed contra prædictam solut. instatur: & videtur, quòd indistinctè etiam vbi debitor non habet ius ad rem neque in re, & tamen possit obligare rem alienam. Vnde oppo. de l. si fundus. §. aliena. ff. de pigno. Sol. Ibi res aliena fuit obligata per debitorem hoc modo cum sua esset: quo casu valet obligatio re postea sua effecta. Sed cōtra istam solu. instatur, & videtur quod etiam vbi debitor obligat rem alienam, etiam sine prædicto modo, tamen valet obligatio. vnde oppo. de l. j. in prin. ff. de pigno. Sol. Dicatis duo verba: Quandoque debitor obligat rem alienam, in qua habet ius: & tunc eam potest efficaciter obligare: vt j. fi pignus pig. da. fit. per totum. & in l. grege. §. ij. de pigno. Quandoque debitor obligat rem, ad quam petēdam sibi competit actio. & isto casu valet etiā talis obligatio: vt l. iij. §. j. qui pot. in pig. ha. Quandoque debitor obligat rem in qua non habet ius, nec actionem ad eam petendā: & tunc aut obligat eam hac conditione: cum sua fuerit, & obligatio valet, vt l. fi fundus. §. aliena. ff. de pig. Aut obligat eā simpliciter: tunc aut creditor scit eam esse alienam: & tunc creditori non datur actio ad eam rem: sed conceditur ei retentio: vt l. j. in princ. ff. de pigno. & dic vt ibi not. Aut creditor ignorabat rem esse alienam: & tunc dicas secundum dominum Iaco. But. quòd aut est effectus dominus ipse debitor, qui rem alienam pignorauit: & tunc confirmatur pignus vtiliter ipsi creditori, & datur ei vtilis hypothecaria, vt hic: nam inuenitur debitor, & dominus rei obligatæ, qui de pignore conuenit esse eadem persona. † Si verò ipse debitor non efficiatur dominus: sed dominus rei succedat eidem debitori: tunc habet locum l. rem alienam. in secundo casu ff. de pigno. actio. & dic vt ibi not. Modo per ista verba habetis intellectum huius legis, & l. rem alienam. quæ est satis difficilis. Item oppo. † dicitur hic, q̄ si debitori superueniat ius in re, quòd datur vtilis hypothecaria creditori. Opp. & videtur quod istud nō procedat: quia creditor habet necesse probare rem fuisse in bonis debitoris, tempore obligationis: vt l. quæ nondum. §. quod dicitur. ff. de pigno. In casu nostro hoc non poterit probare quia tempore obligationis res erat aliena: vt dicit tex. quare male. Quid dicemus? Dicit glos. quod debitor possidebat rem istam tempore obligationis bona fide. quod sufficit: vt l. bonorū §. in bonis. ff. de verbo. significe. & si creditor probat, hoc satis est. & ita concludit glos. hic circa medium glos. magnæ. quam nota & signa bene. Pro declaratione huius quæro, & reuoco in dubiū, quid habet necesse probare creditor [d] in hypothecaria actione. Glos. hic concludit, q̄ sufficiat creditori, si probet ipsum possedisse rem tempore obligationis bona fide, & cum iusto titulo. Istam glos. habetis in l. rem alienam. ff. de pignora. actio. Aliam glos. habetis, quæ videtur dicere quod creditor debeat probare debitorem fuisse dominum rei obligatæ, tempore obligationis. Istam gl. habetis in §. item Seruiana. Insti. de act. Simile no. gl. §. de Salui. interdi. l. j. Similiter no. in §. interdictū. Instit. de interdic. Idem videtur notasse gl. in §. illud. in auth. de trien. & semis. col. iiij. Quid dicemus? Dy. in præalleg. §. item Seruiana. reprobat istas vltimas gl. quæ dicunt debere probari dominium. & reprobat eas per l. bonorum. §. in bonis. ff. de verb. sig. do. Cy. approbat prædictas gl. & intelligit eas in casu quando creditor agit hypothecaria directa: & dicit non esse bonum consilium, q̄ agatur directa: quia habebit necesse dominium probare. Probat istum intellectum per l. qui filios j. titu. proxi. circa fin. ibi: de bonis suis, &c. quod verbum, suis, denotat dominium: vt l. solū. §. meum. ff. de rei vendi. Præterea, res dicitur esse in bonis nostris pro qua actionem habemus, vt l. rem in bonis. de acquirē. re. do. Sed si debitor non fuisset dominus, per consequens actionē non habuisset. Et ex hoc concludit ipse, q̄ in hypothecaria directo creditor debet probare dominium debitoris. Certè, si quis vellet defendere opin. Dyn. credo quod posset: per l. seruos. ff. de lega. iij. Quare potestis dicere quod aut creditor agit contra principalem debitorem hypothecaria actione, aut contra extraneum. Si contra principalem debitorem, habet locum glos. nostra quæ est hic, quod sufficiat creditori probare quod debitor possederit bona fide, cum debitor sibi nō posset referre quæstionē alicuius iuris. Aut creditor agit cōtra extraneū possessorē hypothecaria: & tūc cōcederē q̄ do. Cy. hic bene dicat, videlicet q̄ aut iste extraneus possessor [e] habet cām ab ipso debitore, & lucrativā: & tunc sit idē in ipso, q̄ in principali debitore. & habet locū etiā gl. quæ est hic. Secus si haberet onerosam: ar. l. apud. Celsum. §. authori. ff. de do. exce. Aut extraneus possessor nō habet cām ab ipso debitore, & tunc habet locū gl. quę est in d. l. rē alienā. ff. de pigno. ac. quia oportebit q̄ creditor probet debitorem tempore obligationis possedisse bona fide, & etiam oportebit probare titulū debitoris, vt ibi no. & dic quod not. per Dy. in d. §. item Seruiana. et quomodo fuerunt verba gl. in l. ante omnia. ff. de proba.

d

e

1 ☞ *In obligatione non cadunt nisi ea, quæ sunt in bonis debitoris.*

1 Væ prædium. † Obligatus rē alienā, nō præiudicat domino, & contraria pignoratitia tenetur hoc dicit. No. q̄ dixi in summario. Concordat l. si quis in pignore. §. j. ff. de pigno. actio. Modo oppo. † dicitur hic. in obligatione non cedunt nisi ea quæ sunt in bonis debitoris, contra, seruitus rusticorū prædiorum, dicit lex quod non est in bonis, nec̄ extra bona: vt l. j. ff. de vsufr. leg. & tamen cedit in obligatione, vt l. sed an viæ. ff. de pigno. Rationem specialitatis dic vt ibi.

2

Tutor

a ¶ Omnino necessaria. In generali obligatione nō veniunt panni, lecti, & supellectilia. Vide Bald. in l. certi. §. loc. & vide quod notat Bal. hic.

b ¶ Fit mentio. Vide de hoc per Cy. in l. certi. §. loc. in quinta quæstio. & expresse Pet. in l. seruum filij. §. eum qui. de lega. j. & distinguit, an habere debeat tanquā hæreditatem? & sic ius vniuersale: an generaliter bona, &c. quo casu procedit l. Caius. &c. de quo vide Cy. hic.

c ¶ Nomen quoque. Ad hanc legem vide l. Caius. de legatis secundo.

d ¶ Modo habetis. Vide Bald. in l. si cū emptor. ff. de pact. plene Bald. in l. j. C. de actio. & oblig. in nona colum. in versicu. quinto quæritur. cum versiculo sequenti.

e ¶ Cōtra. Vide Barto. in l. iij. §. quod me tus causa.

f ¶ Vnde oppo. Vide pro eo quod hic dicitur. Bart. in consilio ccxlij. incipiē. tres casus. Andreas Barba.

1 ☞ *Tutor si rem pupilli obliget, & pecuniam in vtilitatem pupilli non conuertat, non valet obligatio.*

2 *Pupillus factus maior, potest approbare contractum per tutorem factum, qui de iure non valebat.*

SI in rem, † Tutor, procurator, vel alius administrator, obligando rē dominorum, eis non præiudicant, nisi postea consensus dominorum accedat: vel nisi de scientia eorum probetur. hoc dicit. cum l. sequēti. Nota ex istis legibus quòd si tutor rem pupilli obliget & pecuniam in vtilitatem pupilli non conuertat, quòd obligatio non valet, vt hic. Item nota † quòd pupillus factus maior, potest approbare cōtractum per tutorem factum, qui de iure non valebat: vt hic.

Quæres pignori obligari possint, vel non: & qualiter pignus contrahatur. Rubr.

Rubrica nostra potest continuari hoc ordine. Dictum est suprà, de pignor. sed quia quædam res reperiuntur, quæ obligari, seu pignorari non possunt: ideo subnecitur hæc rubrica: quæ res pigno. obliga. possunt, vel non: & qualiter.

1 ☞ *Generale quo ad genus, non tantum operatur, quantum speciale quo ad speciem in his, quæ quis specialiter non esset concessurus, vel obligaturus.*

2 *Suscipiens in se omne periculum, videtur suscipere periculum contingens ex dolo, vel culpa, non casum fortuitum.*

3 *In generali obligatione non veniunt supellectilia necessaria.*

1 ALumnos. † In generali obligatione non veniunt ea, quæ quis non esset specialiter obligaturus. hoc dicit. Nota quod dixi in summario. Modo oppo. & videtur † quòd tantum debeat operari generale quo ad genus, quantum speciale quo ad speciem. Vnde oppo. de l. si duo. de administratione tuto. & l. si chorus. ff. de lega. iij. & l. omnes. de præscriptio. triginta ann. hic autem dicitur cōtra: quare malè. Sol. secundum Dynum. & dic, quòd dicta regula non procedit in his, quæ quis specialiter non esset concessurus, vel obligaturus: quia in casu isto non operatur tantum speciale quo ad speciem, quantum generale quo ad genus, nec econuerso: vt l. obligatione. in principio. ff. de pigno. Et dic vt not. per Dyn. in capi. generali. extra, de regulis iuris. libro sexto. Ista lex inducitur per glos. in argu. ad quæst. de casibus fortuitis †, quòd si aliquis suscipiat in se omne periculum, quòd ipse videtur in se suscipere periculum contingens ex dolo, vel culpa præcedente: non autem videtur in se suscipere periculum casus fortuiti. argu. huius legis, & in dicta l. obligatione. ff. de pignoribus, & not. per glos. & docto. in l. si quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. De quo dic vt not. per glos. & docto. ibidem.

2

3

4 Item inducitur in ar. ad quæst. † quòd licet aliquis obliget omnia bona sua, non videtur obligare supellectilia omnino necessaria [a], & ea, quæ nullo modo esset specialiter obligaturus: vt puta panni, lecti, & alia supellectilia, sine quibus vsuere non possumus: imò si creditor ad ista ageret, malè ageret, secundum Iacobum Butr. quia non posset: & ex hoc fiunt statuta, quòd talia possunt pignorari.

a

2 ☞ *Sis episcopus debet habere bona omnium clericorum decedentium in certis parochijs: & reperiatur quòd clericus habeat instrumentum, in quo est obligatus Titius, tamen extra ciuitatem: non pertinebit ad episcopum illud instrumentum.*

LEX II.

1 VSum constet. † Obligato instrumēto: videtur obligata ea, de quibus in instrumento fit mentio [b]. hoc dicit. Nota quod dixi in summario. Ista lex inducitur in arg. ad quæst. † Consuetudo est in ciuitate, quòd episcopus debeat habere bona omniū clericorū in ciuitate decedētiū, in certis parochijs episcopo deputatis: modò quidā clericus instrm habebat, in quo Titius erat eidē obligatus & tamen Titius erat obligatus alibi extra ciuitatem: nunquid illud nomen Titij erit episcopi. Inducitur hic lex quòd sic: cùm reperiatur instrumentum esse in ciuitate. Tu verò secūdum Pet. tene contrarium, per l. Caius. ff. de leg. ij. vbi est casus.

b

2

1 ☞ *Cum vniuersitate, res religiosa cadit in obligatione.*

LEX III.

SImonumento. Res religiosa non cadit in obligatione. h. d. Nota quod dixi in summario. Iuxta hoc oppo. de l. monumentorū. §. de relig. & sump. fune. Sol. Aut tu quæris, nunquid istud monumentum, aut ipsa res religiosa, possit obligari: & dicas quod non, vt hic. Aut tu quæris, nunquid possit obligari ius auferen di mortuum in sepulchro: & istud bene potest obligari: vt lege contraria. Sed contra istam solut. instatur de l. in modicis. ff. de contrahen. emp. Sol. † Cū vniuersitate res religiosa cadit in obligatione: Secus in venditione: vt in contrario: Sed specialiter, & per se, non potest obligari, vt hic. Et facit ad prædicta l. j. ff. de fun. do. cum similibus.

2 ☞ *Debitor debitoris mei potest conuenire à me, dummodo primò nō soluisset debitori meo, ante certiorationem sibi à me factam. & nu. 4.*

3 *Nomina debitorum veniunt in obligatione tam generali quàm speciali: & an in tacita obligatione.*

4 *Actio directa, quæ competit debitori creditoris, contra debitorem suum est vtilis penes ipsum creditorem creditoris. & nu. 6.*

5 *Debitor debitoris mei si teneatur ad speciem, & ego eam exigam, debeo tenere loco pignoris: sed si debet quantitatem, eam compensabo.*

7 *Debitor debitoris mei si sciat nomen suum multis esse obligatum, licet ipsum non certioratum: non tamen licite potest creditori suo soluere.*

8 *Quando ago contra nomen debitoris mei debitoris, non est necessaria excussio debitoris mei.*

9 *Qualiter formabitur libellus contra nomen debitoris mei debitoris.*

10 *Creditor si agit contra nomen debitoris, & creditor creditoris, etiam agit contra illud nomen: præfertur creditor creditoris.*

c

1 NOmen quoque. [c] Ista est bona lex. † Nomen debitoris ante denunciationem factā sibi à creditore sui creditoris, potest soluere suo creditori: post denunciationem autem factam non potest soluere: sed exigi potest vtili actione. hoc dicit. † Nota debitor debitoris mei potest conuenire à me: dummodo primò non soluisset debitori meo, vt hic: & hoc est verum ante certiorationem sibi à me factam. Si autem certioratus esset, creditori suo soluere nō potest: vt hic habetis not. † Secundo nota quod nomina debitorum, veniunt in obligatione tam generali quam speciali. An autem veniant in tacita obligatione, vide quod not. §. de hæred. act. l. hæredem. Tertio habetis notare † quod actio directa, quæ competit debitori creditoris contra debitorem suum, est vtilis penes ipsum creditorem creditoris: vt hic. Modò habetis [d] nota contra legem nostram opponere: dicitur hic, quod debitor debitoris mei ante certiorationē à me sibi factā pōt debitori meo soluere. Contra [e] imò videtur quod possit soluere, quātumcūq; sibi non denunciauerim. Vnde oppo. [f] de l. iij. j. de noua. Solu. hæc lex supplerur per illam: quia siue per creditorem creditoris sit facta denunciatio, siue lis sit cōtestata, siue pars debiti soluta, debitor non potest soluere suo creditori. & ita intelligitur contrarium. Item oppon. † & videtur quod creditor creditoris non possit istud nomen exigere: sed debet ipsum tenere loco pignoris. Vnde oppo. de l. grege. §. cum pignori. ff. de pign. & l. si conuenerit. ff. de pign. act. Solu. Aut istud nomen debet speciem, aut quantitatem. Primo casu creditor tenebit pignora: secundo casu compensabit cum debitore suo. Vlterius oppo. liberatio est species alienationis: vt Institu. qui. alie. licet vel non. §. nunc admonendi. Sed alienando debitor non potest præiudicare creditori: vt l. debitores. §. de pign. ergo nec liberando: hic autem dicitur contrarium: quare malè. Solu. Differentia est inter pignora corporalia, & incorporalia. vt nomina debitorum: quia in primo casu per debitorem alienantem non præiudicatur creditori, cum res corporales appareant: secus in incorporalibus, quæ nō apparent. † Modò pro declaratione legis nostræ quæro quæ sunt istæ vtiles actiones. Glos. nostra hic, & in l. grege. §. cum pignori. ff. de pign. dicit quod est vtilis hypothecaria. Ista opi. est falsa: quia hypothecaria possessionem auocat: vt l. si cum vē ditor. in princip. ff. de euict. & in omnibus non est possessio, quia sunt incorporalia: sequitur quod in hypothecaria non habet lo-

d

e

f

2

3

4

5

6

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Quærit glo. in casu l. Titiæ. & de noua. an sufficiat sola scientia debitoris? Adde plene Barto. in l. facta. §. si hæres. ff. ad Trebel. & Bal. in d. l. iij. de nouat.

b ¶ Nomen debitoris. Vide Insti. de actio. in §. item Seruiana. habes nomẽ debitoris obligatum an debeat facere excussio nem? et vide. Bal. in l. hæredẽ. §. de hær. act. & ibi dicit, q̃ requirat excussio, nisi directæ actiones essent cessæ. & idẽ voluit in l. ij. in ij. collũ. quãdo fis. vel pri. & Bal. hic contra opi. Bar. & hic p Iacob. de Bel. per Bar. in l. si cõuenerit. ff. de pigno. act. Adde Spec. de. pcu. §. sequitur. vers. quid si mihi. & in tit. de obli. & sol. §. nunc aliqua. versi. sed qd ecce. Roma. consi. ccccxvj.

c ¶ Quis p̃ferur. An habẽs vtilẽ p̃ferur habenti directã? & vide Bar. in l. iij. §. de donat.

d ¶ Qui filios. Vide quid not. in c. rescripto. de iureiur.

e ¶ Si qs. Vide q̃ per hãc legẽ pulchre cõcludit Bar. in l. si stipulatus fuero illud. de verb. obli.

f ¶ Dispositio gñalis. Sed an tacita hypotheca cõprehendat futura, vide in l. iij. & ibi per Bald. §. de priui. fis. & gl. hic in fi. Et qñ dispõ trahatur ad præsentia & futura, vide nõ. Bal. post Barto. in l. fi. in pen. collũ. §. de pact. Quid si cedo bonis: an intelligatur de futuris? Bal. q̃ non, in l. pe. §. qui bo. cede. post. Quid si cedo actionem, vide in l. c hæredem. ff. mand. Et de materia vide in l. damni. §. is qui. ff. de damno infecto.

g ¶ Sĩgularia. Et sic no. drã eẽ iter gñale, & vide: adde not. ĩ c. ex Iris. de iur. pa. Bal. in l. a iudice. §. de iudic. & melius in l. scire debemus. ĩ prin. post gl. et Bar. & doct. ff. de verb. oblig.

h ¶ Quãdoq; a principio. Facit ad notab. q. Dyn. & Bar. in l. si mihi & tibi. §. fin. de leg. j. & hic adde Bar. in l. j. in prin. ff. de pig.

i ¶ Item quæro. Et ex his potest inferri si mulier det oĩa bona sua in dotem, q̃ non veniant bona quæsita: sed stat in dubio, si statutũ dicit, prout est Bononiæ, q̃ omnino confectis dotalibus instrumentis ipso iure

cum. Quare teneas aliam opin. gloss. vide licet quod istæ vtiles actiões sunt, quę erãt directę penes debitorem, qui obligauit nomẽ. Item quæro, dicitur hic: certior à te factus, &c. †Quærit gloss. [a] hic: quid si iste sciebat nomen suum obligatum esse mihi, tñ ego ipsum nõ certiorauí: nunquid licitè posśit soluere creditori suo? Glo. nostra hic tenet q̃ sic: qa oportet quod denũciatio sibi oĩno fiat à creditore creditoris. alle. gl. l. debitores. §. de pig. Certè domini, ista lex. nihil ad rhombum: quia loquitur de voluntate, seu vrbanitate, vt vidistis ibidem: quare dicatis, et melius, quod denunciatio nõ sit necessaria sciẽti. ar. l. j. in fi. ff. de act. emp. & ibi no. & melius in l. fi. ff. de transac. & solet notari in l. emptor. j. de euict. Item quæro. ecce † debitor meus obligauit mihi nomen debitoris[b]. ago contra istud nomen: opponitur mihi quod nõ fuit facta excussio: quę ritur quid iuris? Dixerunt quidam, quod etiã in nominibus requiritur excussio principalis debitoris: quia lex generaliter loquitur: vt in auth. hoc ita. §. de pig. & in corpore vnde sumitur. Et ad idem l. non prius. §. quando fisc. vel priua. & hæc opin. videtur tutior. Iac. de Are. & do. Iaco. Butrl. hic tenent, q̃ in nominibus non sit necessaria excussio: quia ius nominis dicitur residere penes ipsum principalem debitorem: quo casu quando debitor principalis habet res hypothecatas, non est necessaria excussio: vt videbitis in authen. hoc ita. & maximè dicit ipse, nõ est necessaria excussio, si agat actione vtili, quæ penes debitorem erat directa: qa excussio, secũdũ eũ, habet locũ solum in hypothecaria. Et hãc vltimã partẽ credo veram. Sed istud vltimũ, q̃ ipse dicit quod excussio solũ habeat locum in hypothecaria, credo quod nõ sit verum: quia etiam habet locũ in aliis actionibus, puta in reuocatorijs: vt l. j. & ij. & ibi not. ĩ. de his quæ in 9 fraud. credi. †Quæro, qualiter formabitur libellus contra nomen. Habetis glo. in l. hæredẽ. §. de hær. act. Item quæro: ecce debitor meus obligauit mihi nomẽ debitoris: agit ipse contra illud nomen, & etiam ego ago: quis præfertur[c]? Breuiter dicas, † quod 10 ego creditor, qui ago vtili: quia quantumcunq; habens vtilem, habeat causam ab habente directam, præfertur habẽs vtilem: vt l. j. §. qui superficiem. ff. de superfi. Præterea videtur casus in l. si conuenerit. in princip. ĩ. de pig. act.

Pem eorum. † Præmiũ quod datur athletæ, non poterit obligari. h. d. Nota quod dixi in summario.

Vi filios. [d] †Res, quæ non sunt in bonis nostris non possunt obligari. h. d. Nota quod dixi in summario. Oppo. de l. senatus. §. fina. ff. de leg. j. Solu. Casus specialis est ibi: & dic vt ibi not. per gloss. Dyn. Itẽ oppo. dicitur hic quod non potest obligari nisi illud, quod est in bonis nostris. Contra de l. sed an viæ. ff. de pig. Sol. dic vt dixi in l. quæ prædium. ĩ. titu. j. †Item oppo. quod videtur quod pignorans liberum hominẽ debeat puniri. Vnde oppo. de. §. quia vero

& huiusmodi. in auth. vt nulli iud. colũ. ix. Sol. Ista limitatur per illã: qa nõ potest obligari, vt hic: sed si obligetur, punitur: vt ibi.

3 †Quærit glo. nunquid possit quis filiũ obligare propter famem? Et tenet quod sic. Itẽ dicit in l. ij. ĩ. de pa. qui fi. distr.

2 Ex conuentione instrumenta fundi non possunt pignorari.

3 Et an ista lex habeat locum in omnibus fundis.

1 Executores. † Deputati ad agriculturam non possunt capi pignori, h. d. cum l. seq. contrafacientes puniuntur. h. d. in auth. agricultores. hic posita. Et differt prima à secunda: quia prima loquitur de pignore capto ex præcepto iudicis: secunda loquitur de pignore conuentionali. Quærit glo. in l. executores. † nunquid conuentionaliter possunt ista instrumenta fundi capi? Gloss. nostra, & bene, determinat quod non, per l. pignorum, quę sequitur. Ad idẽ in auth. nullũ credentem agricolę. §. j. Quęro, ista lex loquitur de prædijs tributarijs. Et dicit text. ex quo tributorum illatio redarderetur: quid de alijs prædijs? Videtur 3 †quòd non habeat locum ista, per rationem quam assignat text. Vos habetis dicere contra, quod lex ista habeat locũ in alijs prædijs, quia ĩnest alia ratio, videlicet ne sterilitas fructuum, &c. arg. l. j. §. de eo opere. ff. de aqua pluuia. arc. & ista ratio vrget in alijs prædijs.

2 Voluntas contrahentium debet magis inspici, quàm verba.

3 Dispositio generalis trahitur non solum ad præsentia, sed etiam ad futura.

4 Si debitor in obligatione omnium bonorum suorum in ea constituit se creditoris nomine possidere: an veniant futura.

c 1 Siquis. [c] † Appellatiõe rerum, vel bonorum in obligatione deductorum, continentur præsentia & futura. hoc dicit. ista est not. lex. No. quod dixi in summario. Secundò not. quod voluntas contrahentium debet magis inspici, quàm verba, vt hic. Tertiò nota † quod dispositio 2 generalis [f] trahitur nõ solũ ad præsentia, sed etiã ad futura: vt hic videtis. Oppon. dicitur hic quod in obligatione nõ solum veniunt præsentia, sed etiam futura. Contra, de l. si ita ff. de au. & arg. en. lega. Solu. Dicit gloss. ibi loquitur in legato, vel donatione, per quam dominium transfertur: & sic est magnum præiudiciũ: 3 & ideo illa dispositio † non trahitur ad futura. Hic loquitur in obligatione pignoris, quod non est magnum præiudicium: & iõ comprehendit futura. & ita intelligitur contrarium. Sed contra istam solutionem instatur de l. si seruitus. ff. de seruit. vrba. præd. & de l. tertia. in princip. ff. pro soc. Quare dicatis duo verba secundum Petrum quod quædam sunt vniuersalia: & in istis non solum inspicitur tempus præsens, sed etiam omne futurum incrementum cõsideratur: & de istis loquitur l. peculium. ff. de legatis ij. & l. grege. ff. de legatis primo. Quædam sunt singularia [g]: & in istis solum inspicitur tempus præsens, nisi postea fortè aliud accedat per alluuionem: vt l. item si fundi. §. primo. de vsufru. Quædam sunt generalia: & in istis quandoq; à principio [h] potest inspici quantum præiudicium sit futurum, & tunc non solum comprehenduntur præsentia, sed etiam futura: & de hoc loquitur prę alleg. l. si seruitus. de seruitu. vrba. prædio. Quã doq; à principio non potest inspici quantum præiudicium sit futurum: tunc aut loquimur in obligatione pignoris: & tunc veniunt prę sentia & futura, vt hic. aut loquimur in translatione dominij: & tunc regulariter non veniunt futura. Ita debet intelligi præalleg. l. si ita. de auro & argen. legat. nisi natura contractus aliud induceret: vt in societate. Et de hoc loquitur l. iij. in prin- 4 cipio. ff. pro socio. Item † quæro[i]: debitor obligauit omnia bona sua, & dicit sic: sub obligatione omnium bonorum suorum, quæ constituit se creditoris nomine possidere: nunquid veniũt futura[k]? Dixerunt quidam quòd sic per istam legem. Quidam dixerunt quod non: quia cum non possideantur futura tempore obligationis non potest se constituere possidere ea, quæ nõ habebat

intelligãtur omnia immobilia mulieris in dotem data: an isto casu veniant bona quæsita. do. Flo. disputat istud dubium: & incipit disputatio, mulier viduata. & concludit q̃ nec isto casu veniãt. And. Barb.

k ¶ Nunquid veniũt futura. Vide Bald. & Ange. in l. stipulatio hoc modo. ff. de ver. obli. & Bal. in l. j. §. fi. cum l. seq. ff. pro soc. in recollectis antiquis, & ibi vide tex. & glo. in verbo, interuenire. & vide Ludo. in l. ij. §. incertam. ff. de acquir. posses. & vide Ang. in consi. clxxviij. incipiẽ. in Dei nomine & suæ matris: & prædictis instrumentis, &c. & vide Bal. in l. si quis argentũ. §. sed & si quidem. C. de donat. & vide Raph. in l. qđ meo. in prin. ff. eo. & vide Imol. & Ro. in l.

stipulatio hoc modo. ff. de verb. obli. & vide Angel. in l. j. in princ. ĩ. de pign. et vide omnino Bal dũ in rubri. de contrahen. emp. in xxj. quęst. & vide Alex. in l. iij. §. incertum ff. de acquirẽda possessione.

a ¶ Sed contra. Vide Bal. in l. cũ vnus. ff. de bo. autho. iu. pos.

b ¶ Præfertur. Idem tenet in l. a diuo pio. ff. de re iudi.

c ¶ Licet. Hãc legẽ vide multipliciter limitatã per gl. in authen. vt exa. instando. Adde in quantũ Bar. format q. de debitore, qui se successiue duobus obligauit, & postea bona acquisiuit: quis præferatur. Spec. in tit. de obl. & sol. §. j. vers. fic. sed quid. & Ioan. and. ibi cum limitatione ibi posita, scilicet q̃ prior creditor præferẽ secũdo in rebus postea acquisitis, nisi secũdus sit priuilegiatus, & primus non. Ita limitat Bald. dictum Iaco. de Aret. eius cõsi. cccl xxxix. j. lib.

↠ P. PAV. P.

c ¶ Licet. Vide Lancelot. Dec. in l. creditor. la. j. ff. si certũ petatur.

d ¶ Cuius pecunia. Si res emitur ex pecunia mea, habeo priuilegium inter personales. Bar. tamen in dicta l. quod quis, non bene firmat ibi in fine, dum voluit hoc forte in priuilegio nauis emptæ esse, & non aliarum rerum: & in alio casu quo hoc sit verum limitatur ibi per gl. & Barto. si specialiter ad hoc sit mutuata. Item si mutuata est gratis: alias secus. Et adde l. qui in naue. eodem titu. & Lfina. & authen. ibi posita. ĩ. de pignori. Sed Ludo. de vrbe in l. si cum dotem. §. finali. soluto matrimonio, tenet etiam quod si datur pecunia vt res ematur, dominus pecuniæ nõ habet priuilegium, per l. procuratoris. §. plane. de tribu. & vide quæ dixi post Bart. in l. quamuis. la ij. supra. de pign. Cogita per authen. quo iure. j. eod. vbi glos. tenet quod talis mutuans vt res emantur habet tacitam hypothecam.

4 Qui potiores in pigno. habean. Rubr.

Rubrica nostra continuatur ad præcedentia hoc ordine: Dictum est suprà, de pignoribus: verùm quia quandoque ad idem pignus plures creditores concurrunt, & dubitatur quis sit potior: idcirco subnectitur hæc rubrica, qui potiores in pignor. habeantur.

2 Tantum valet consignatio, & depositio, quantum ipsa solutio.

3 Creditor secundus, soluendo priori debitum, confirmat sibi pignus.

4 Et econtra potest primus debitor offerre secundo.

5 Nec primus creditor potest ad hoc compelli.

LEX I.

1 Qui pignus. † Secundus creditor soluens priori, vel consignans, & deponens id, quod ei debetur, in locum prioris succedit, & cõfirmatur sibi pignus. hoc dicit. Nota † quòd tantum valet consignatio, & depositio, quantum ipsa solutio. Secundò nota † quòd secundus creditor potest offerre primo †: sed quid econuerso, nunquid primus potest offerre secundo. Breuiter habetis dicere quòd sic. Videtur tex. in l. Paulus. §. qui pignoris ff. quibus modis pigno. vel hypo. sol. † Sed iuxta hoc quæro, nunquid primus possit ad hoc compelli. Breuiter tex. non. j. eod. l. prior quidem creditor.

2 Qualiter intelligatur qui prior est tempore, potior est in iure.

3 Et quæ sit differentia inter pignus prætorium, & conuentionale. & nu. 1.

LEX II.

1 Si decreto. † Cùm plures creditores concurrunt circa idem pignus prætorium, & sunt diuersorum titulorũ: qui prior est tempore, potior est in iure. hoc dicit. Habetis notare quod dixi in summario. Modò opp. dicitur hic quòd in pignore prætorio, qui prior est tẽpore, potior est in iure. Contra: imò videtur quòd creditores debent cõcurrere vt l. fina. ĩ. de bo. auth. iudi. possid. l. is cui. §. si plures. & §. qui prior. ff. vt in pos. lega. Sol. Aut creditores sunt eiusdem tituli: & tunc cõcurrunt: & ita intelligatur contrariũ. Aut sunt diuersorũ titulorum: & tũc qui prior est tempore potior est in iure: ita intelligatur hic. Sed contra [a] istam solu. instatur, & videtur q̃ indistinctè qui prior est tẽpore, potior est in iure: vt l. si fundũ. & diuersis. infra eodem. Sol. Dic quòd in lege contraria loquitur de pignore conuentionali. Sed contra istam solutionem instatur de l. licet. & authentica ibi posita infra eodem. Pro quorum solutione dicas ad præsens duo verba. Nam quandoque plures creditores prætendunt ius in pignore cõuentionali: & hic

2 est notare regulã, & instantiã à regula. † Regula est, q̃ qui prior ẽ tẽpore, potior est iure'. Fallit l. licet. & in auth. ibi posita j. eo. & in casibus ibi no. in l. diuersis. j. e. Q̃ñq; plures creditores prętendũt ius in pignore p̃torio: & tũc aut sũt eiusdẽ tituli: & tũc cõcurrũt: vt l. si. ĩ. de bo. auto. iud. possi. l. is cui. §. si plures. & §. qui prior. ff. vt in pos. lega. Si verò sunt diuersorũ tit. tũc qui prior est tẽpore, potior est in iure: vt hic. Quãdoq; quidã creditores prætendunt in pignore cõuentionali: quidam in prætorio: & tunc habet locũ l. si postquam. ĩ. vt in pos. lega. Et de materia huius legis dic vt plenè no. per Dy. in c. qui prior. extra, de regu. iu. lib. vj. Quæ-3 rit glo. nostra † quæ sit differentia inter pignus prætorium, & iudiciale: dic vt no. hic per gl. quã signa: & in rub. de præt. pig. vide per me aliã differentiã in l. à diuo Pio. §. si sup rebus. ff. de re iud.

2 Reipublica appellatio, etiam refertur ad aliam ciuitatem, quàm ad Romanam.

LEX III.

1 Vm rempublicam. † Habens ius pigno-b ris in re præfert [b] agẽti personali actione. h. d. Nota quod dixi in summario.

2 † Secũdò no. q̃ appellatio Reipublicæ etiam refertur ad aliam ciuitatem, quàm ad Romanam, vt hic. Sed contra istud vltimum oppo. de l. eum qui vectigal. de verb. signi. Sol. secundum gl. dic q̃ Respublica propriè sumendo, intelligitur de Republica Romanorum. Impropriè autem quandoq; sumitur pro qualibet alia ciuitate: vt hic. Vel dic q̃ hoc contingit ratione adiuncti: quia ad verbum Reipublicæ adiungitur hic Heliopolitanorum: secus si indistinctè proferatur: vt d. l. eum qui vectigal. & ibi plene no. per Dyn.

1 Si fundum. Qui prior est tempore, potior est in iure. hoc dicit cum l. diuersis. j. eod. Contra l. diuersis. oppo. de l. licet. & authẽ. item possessor. aliàs, si prior. j. eo. Sol. Casus est specialis in lege cõtraria. Itẽ opp. de l. interdũ. ff. eo. ti. Sol. Ibi etiam est casus specialis. Item oppo. de l. scripturas. j. eo. Sol. secundum gl. & ibi est casus specialis. Vnde habetis notare regulam, & instantiam à regula. Regula. est: hoc fallit in casibus legis contrariæ. & ideo signa gl. hic positam, quæ enumerat casus.

2 Rior. † Prior creditor non habet necesse offerre secũdò: sed secundus offerens primo cõfirmat sibi pignus. hoc dicit.

1 Si generaliter. † Habens causam à primo creditore: non potest inquietare. h. d. ista lex.

2 An ille, ex cuius pecunia res emitur, habeat priuilegium inter personales actiones.

3 Si debitor primo obligauit mihi omnia bona sua deinde eadẽ obligauit Sempronio: & post acquisiuit bona: quis præferatur.

c 1 Licet. Ista est optima lex, & in summa hoc dicit. † Licet regulariter qui prior est tempore, potior est in iure: tamen si ex pecunia creditoris secundi sit res empta, & eidem specialiter obligata: secũdus est potior. Nota. quod dixi in summario. Opp. dicit hic q̃ res cõparata ex pecunia creditoris, est ei obligata. Contra de l. quãuis. ĩ. in quib. cau. pig. tac. cõtrah. Sol. Aut ex pacto res empta obligatur: & tũc habet locũ lex nostra. Aut nõ sit aliquod pactũ: & tunc habet locũ lex cõtraria. Sed cõtra istã sol. instatur, & opp. de l. interdum. ff. eo. tit. Sol. Ibi est casus specialis: vt ibi no. & no. in l. diuersis. j. eo.

2 Quæro pro declaratione legis nostræ † nũquid ille, ex cuius pe-d cunia [d] res emitur habeat priuilegiũ inter actiones p̃sonales. Quidam dixerũt quòd nõ, p̃ l. procuratoris. §. planè. ff. de tribu. Ioã. hic fuit cõtra opi. tamẽ nihil allegat, dicens q̃ debet habere priuilegium inter p̃sonales actiões. Hãc opi. tenet Iac. But. p̃ l. qđ quis. ff. de priuile. credi. Quæro: ecce mutuaui Sempronio centũ & obligauit mihi oĩa bona sua. Itẽ Titius mutuauit eidẽ cẽtum & etiã obligauit omnia bona sua: postea Sẽpronius debitor acquisiuit plura bona: quæro in istis bonis postea acquisitis quis sit potior. Primò videẽ q̃ potior sit ille, qui prior est tẽpore: vt l. si fundum. ĩ. eo. & l. diuersis. j. eo. In contrarium videtur l. si is qui. ff. de iure fis. Quid dicemus? Glo. in l. idemque. §. fi. ff. eod. dicit, q̃ isti creditores debent concurrere: & est speciale in fisco q̃ præferatur: vt d. l. si is qui. Iac. de Aret. per l. istam tenet contrarium: & dicit, q̃ casus est hic: & verum dicit viso meo: quia vos videtis q̃

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ Item possessor. De huius intellectu vi- Bartu. in l. si. aliena. in princip. fol. marr. Facit bonus text. in c. vasallus. si de feud. fuer. contro. quod not. & vide ad not. quæstio. per Cyn. Ray. et Imo. in l. Tiæ si nō nupserit. de cōdictio. & demōst.

b ¶ Regula. In casu huius legis not. habet locū clausula, dolo facis petere quod intus habes. Adde Bart. in l. si. ff. de rei vendi.

c ¶ Alia instāria. No. gl. q. si sum cōfessus in vno iudicio vnū, possum contrarium dicere in alio iudicio ad aliū effectū. Ita al legat istam Ange. in corpore in l. si. §. hoc edicto. in fi. ff. de vi bo. rapt. vide tamen quæ notat Bal. in au thē. nouo iure. §. de pœna iu. & quæ no. in l. diuus. de custo. reo. cum materia. Et pro eo qđ dixi, est a pertum dictum Inocē. vbi fortius dicit, in cap. mulieres. de iureiu. Quod dictum refert Bald. in authē. contra in vlt. colum. de nō nume. pec. in c. si creditoribus. in princip. §. de ser. pig. dat. manu. prædictis adde tex. gloss. & Bald. in l. pen. de inge. manu. Et pro ista glo. allegatur tex. in l. Aurelius. §. fi. de libe. & lega. & vide Bal. in l. is apud quem. in vlt. col. & quod ibi dixi. & Barto. in d. §. sed nec impuberis. & vide Alexan. in l. magistratibus. in iij. col. ff. de iurisdict. om. iudic.

d ¶ Translatio possessionis. Adde in simili Bartol. in l. j. in fina. §. de plus petitio.

e ¶ Per glo. Et quantum gl. mentionem facit de spon. vide glo. & Bart. in d. l. j. de priuileg. credi. & b qū no. gl. & Bar. in d. l. priuilegia. ff. de priuileg. credi.

f ¶ Secūdo no. Adde Bart. in l. si constante. in vij. q. principalis quæstiōis. vbi fortius dicit post Cyn. 5 hic: licet illud cōmuniter reprobetur, nō tamē videtur hic reprobari. Et vide c Bal. in l. vbi adhuc. f. iij. co. 5. de iure dot. & Angel. & Imol. in l. j. in vij. colū. ff. fol. mar. & vide glo. si constāte. & quod ibi dixi. Adde quod Bal. consil. cclxxij. j. lib. sequitur hic Iac. de Aret.

g ¶ Scripturas. Vide p hæc domi. Ludo. hic trāctatur de bonis postea acquisitis: & dicit q secūdus creditor est potior: si res fuit empta ex pecunia sua, & eidem specialiter obligata: quasi velit dicere, q si specialiter non fuisset obligata ista res postea acquisita, q nō esset potior secūdus, imō primus esset potior: & sic nō cōcurrunt: vt dicit glos. imō qui prior est tēpore, potior est in iure. Facit optimè l. fi. in prin. ff. eo. pro opi. Iac. cōtra gl. intelligendo tex. vt iacet. Præterea cōuentio est illa, quę acquirit ius in pignore, nō acquisitio ipsius rei: vt l. j. ff. de pig. ac. Vnde debet inspici cōuentio, tanq̄ principalior: nec debet inspici acquisitio rei: & sic concluditur secundū eū, qui prior esset ēt in postea queſitis debeat preferri secū do: et credo q sit ipsa veritas. Tex. est hic, &c.

☞ *Allegans contraria non debet audiri.*
2 *Mendax punitur in translatione possessionis.*
3 4 *Prior creditor negans rem eius esse, a quo causam habuit, & volens incōtinenti probare de proprietate eius, non debet audiri ante translationem possessionis in alium factam. & nume. 1.*
Sed in alia instantia translatione possessionis facta in aliū creditorem, potest dicere se esse potiorem.
6 *Et translatio possessionis fit per officium iudicis in secundum creditorem.*

a ¶ Tem possessor. [a] Ista authē. ponit aliū casum specialem, in quo prior tēpore nō est potior iure. Breuiter dicit. † Possessor. prior creditor negans rem esse eius a quo causam habet, & postea allegans rem esse potiorem tempore, cōtra secundū creditorem nō audiatur: imō possessio ne priuatur. h. d. No. q dixi in summario.

2 Secūdo nota † q allegans cōtraria, non debet audiri: vt hic, & l. j. §. de fur. cū si. Tertiò nota † q mēdax punitur in trāslatione possessionis, vt hic in tex. Ad idem l. fi. ff. de rei ven. Modò pro declaratione nostrę authē.

3 † quęrit glo. vtrū iste primus creditor volens incōtinēti probare de proprietate eius, nunquid debet audiri? Primo videtur q sic, quia dolo videtur facere secundus creditor, petendo rem quā haberet necesse restituere priori creditori: vt l. dolo. ff. de do. excep. In contrarium determinat glo. nostra, & bene secundū nostros doct. quia in isto possessorio non habet locum regula, dolo facis. Ratio est: quia hic nulla esset pœna mendacij, si non transferretur possessio in secundum creditorem. Nam tunc non habet locum regula [b], dolo facis: licet in aliis possessorijs adipiscendæ possessionis habet locum: vt plenè solet notari, per Dy. in c. qui ad agendum. extra, de reg. iur. li. vj. & per dñm meū plenius in l. incerti. §. de interdict. & l. naturaliter. §. nihil commune. de acquiren. pos.

† Quærit gl. ecce creditor primus negauit rē fuisse debitoris, a quo causam habet: postea vult dicere se esse potiorem in alia instātia [c] iudicij, facta trāslatione possessionis, in secundum creditorē: nūquid potest? Videtur q nō, quia est sibi cōtrarius & per cō sequēs repellēdus: vt d. l. j. j. de fur. In contrium determinat gl. nostra hic, quam signa, dicens, q in alia instantia hoc potest facere primus creditor. ar. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. test. vbi contrarietas circa diuersa toleratur. Et vide gl. fi. ibi: sed nunquid, &c. quam no. Et sic concludit Ro. in consi. ccxci. x. Andreas Barb.

h ¶ Et scripturā fatea tur. Et dū hic tex. requirit subscriptionē virorū, qd si essent fœminæ? videtur dicendum q sit idē, p id qđ no. Bal. in c. licet vniuersas. de test. dū dicit illū tex. qui loquit in testibus Video extēdi ad fœminas: secus i statutis, quod pēdet ex hoc, an masculinum concipiet fœminum: de hoc in l. j. ff. de verb. signi. no. tex. hic qđ scriptura facta a tabellione, si nō continet solēnia, vel tabellio non est negatus i forma tabellionis, dicit scriptura priuata. Ita no. Bal. in l. fi. §. fi cer. per. p istū tex. et idē Bal. in rub. §. de fide instru. in fi. quarę col. Et ibi etiam an in dubio præsumatur rogatus vt a tabellio. & hoc i vers. itē debetis scire scripturā, ex qua fit cōparatio, debere habere subscriptionē triū testiū: sed scriptura, ad quā probā dā fit comparatio, nō requirit subscriptionē testiū, sed oportet testes i ea descriptos, superuiuere, & deponere qđ fuerint præsentes. Et ad hoc vltimum adde Bal. in authen. sed nouo. in vij. col. si cer. peta. & quod ibi dixi. & Bart. in ea l. in fin. vbi allegat glo. in §. si quis igitur in authē. de fi de instru. Sed vide authē. hic ponitam, & ibi Bal. qui forte videtur tenere contrarium. Sed dicit quod potest per alios non scriptos, licet subscripti sint mortui, & loquitur in scriptura. & vide in lege comparationes. quod Bar. in authenti. ac si cōtractus. in princip. eodem titu. & Bal. in dicta lege comparationes. in iij. colūna probatur in authentica hic posita. Et quid si in casu huius legis scriptura non habet subscriptionem a testibus approbatam: an habeat locū hæc lex. & de intellectu eius. vide Paul. de Castr. in consili. cccxc. Ad materiam huius legis, vide Bal. consi. cxxiiij. et plene consi. clxv iij. per Ro. consi. cciij. & cccl xxiij. An autem si sit statutum, quod publicum instrumētū præualeat chirographo subscripto trino teste, vide Bal. cō. lv. j. li.

1 ☞ *Scriptura, ex qua fit comparatio, debet habere subscriptionem trium testium.*
3 *Subscriptio trium testium, non est necessaria in scriptura, ad quam probandum fit comparatio, sed præsentia eorum sit, quando debitor scripsit.*
4 *Soli comparationi omnino non creditur, & testibus de scriptura deponentibus omnino non creditur.*
5 *Scriptura cōtinens subscriptionem partium, & a debitore confessata, probat contra ipsum debitorem: nō contra alias personas, nisi habeat subscriptionem trium testium.*
6 *An priuata scriptura probet.*

g 1 ¶ Cripturas [g] † Breuiter dicit secūdum Iacob. Butri. Si debitor debitum neget, & scripturā fateatur, [h] præiudicat sibi, & scriptura probat contra eum: non autem præiudicat alijs, vt puta creditoribus hypothecam prætendentibus: nisi forte haberet subscriptionem trium testium. hoc dicit. Et ad euidentiam nota quo'd quandoq; debitor confitetur scripturam, & debitum: & iste casus non est dubius. Quandoq; debitor fatetur debitum, sed non scripturam, & de hoc non est curandum, nisi in casu forte, in quo scriptura esset de solennitate: vt l. contrahitur. ff. de pignoribus. Quandoque debitor fatetur scripturam, sed non debitum: & tunc habet locum lex nostra.

Quandoque debitor negat tam scripturam quam debitum: & isto casu habet locum authen. si quis vt caute. hic posita. Item debetis scire ad euidentiam, q est quædam scriptura, † ex qua fit comparatio: & ista

a ¶ Creditur. Testibus omnino de scriptura deponēntibus non creditur. Adde Bar. in auth. ac si cō tractus. ī de fide instru. Bald. in auth. si vero. §. si cer. pet.

b ¶ Nō creditur. Adde Bal. in auth. & si contractus. de fid. in strū. & ibi tex.

c ¶ Se cognoscere. Ad euidētiam testes qui se subscribunt in his scripturis, deponūt se recognoscere subscriptionē, vel fuisse præsentes, quando debitor se subscripsit: alias si super scripto, testes soli sufficerent. & adde Barto. in authen. & si contractus. de fide instr. & idem dicit gl. hic posita, & quod not. Bal. in authē. sed nouo iure. ī ij. & iij. col. si cer. pet. quod dixi post Bart. in l. nuda.

d ¶ Quare dicas. Distinctio, an & quia scriptura priuata p bet, si est sine causa vel cū causa: & q requiratur causa, tenet gl. & Bal. in d. l. nostra. & Bart. in l. nuda ratio. Bal. hic per istum text. in versic. causis.

e ¶ Priuata scriptura. Cōtrariū tenet Abbas in c. ij. de fid. instru. licet do. Anto. concordet cū Bart.

f ¶ Non haber. Contrariū tenet Bart. in l. nuda ratio. dixi ibi latius per Bar. in au thē. at si contractus.

g ¶ Inducit. Cōtrariū tenet Bart. in d. l. admonendi. vbi dicit q talis scriptura nō facit semiplenā probationem.

h ¶ Si quis vult. Pro cuius intellectu vide Bar. in l. cū. p batis. ff. de re iudi. in fi.

i ¶ A siduis. De materia huius legis vide Angel. de Are. in §. fuerat. Inst. de act. An ista lex habeat locū vt mulier præferatur in hypothecaria in augmēto dotis, vide Paul. de Castro, in cōsil. cccxcij.

d Pro faluando Bart. in hac l. fin. qui por. in pigno. & in quo videatur muolui vitio cōtrarietatis, vide concordiam ad l. ij. §. fina. ff. de priuil. credit.

k ¶ Pro quęstiōe, Vide Bart. in l. maritū. in fin. ff. solu. mat. & Bar. j. ea. in fi.

l ¶ Subuenitur in dotibus. Ratione priuilegij dotis, per Bal. in rubric. de priuileg. dot.

m ¶ Quæro a quo tempore. De hoc latissime per domi. Ioan. in cap. ex literis. de pigno. & ista debet habere subscriptionem trium testium. † Et est alia scriptura, ad quā probandum sit comparatio: & in ista non est omnino de necessitate subscriptio trium testium: sed sufficit, q testes superuiuāt, & deponant se fuisse præsentes, quando debitor scripsit scripturam illam. Item debetis scire ad euidentiā, q testibus de scriptura deponentibus non omnino creditur: [a] quia faciliter possunt errare. † Item cōparationi soli, omnino non creditur: [b] quia quandoque mutatio calami, atramēti, &c. inducunt diuersitatem scripturæ: vt in authen. de instru. cau. & fid. §. j. col. vj. Et de his habetis bonam glo. in §. si quis igitur. de instru. cau. & fid. vnde sumitur hæc authen. & vide glo. ibi quæ incipit, si ago depositi. Item debetis scire ad euidentiam, q testes, qui se subscribunt in istis scripturis, non deponūt de veritate rei: vtrum fuerit verū quod in scriptura deducitur est, an non: quia sufficerent duo testes in hoc casu. vt l. vbi numerus. ff. de testi. no. in d. §. si quis igitur. sed deponunt se cognoscere [c] subscriptiones suas, vel fuisse præsentes quādo debitor scripsit: vt not. in d. §. si qs.

Nota primò quod dixi in summario. Secundo nota magis distincte, † quod si debitor propria manu subscribat, licet testes non sint subscripti: tamen si talis scriptura habet subscriptionem partium, & a debitore sit confessata, contra ipsum debitorem probat: non tamen probat cōtra alias personas, nisi habeat subscriptionem trium testium: vt hic habetis in fi. Et ratio huius vltimi posset esse: qa si talis scriptura probaret contra extraneos, de facili debitor posset præponere posteriorem creditorem priori: quod esset absurdū. Opp. modò dicitur hic q ista talis scriptura habet suum robur: cōtra de l. instrumenta. §. de proba. Quid dicemus? Dixerunt quidam, inter quos fuit Plac. q ista lex nō poterat intelligi, & erat fatua: quia contra omnia iura de Mun. lo. Ista solu. est falsa: quia cū Imperator habeat omnia iura in pectore suo, non est verisimile quod ista tuat contra ius: quare alij, vt Io. intellexerunt istā legē: qn creditores plures vigore talis scripturæ priuatæ petunt se mitti in possessionē bonorum debitoris: quo casu audiūtur contra ipsum debitorē: sed cōtra alios bona debitoris possidentes non audiuntur. Ita intellexit Io. Iste intellectus nullo modo applaudit literę: quare dicas [d] secundū gl. q ista talis scriptura à debitore cōfecta habens subscriptionē partium, vel alterius earū, vt puta, debitoris, & sic cōfessata à debitore, vel aliter probata, vt per testes, q sit scriptura debitoris: certe talis scriptura probat cōtra ipsum debitorē: quia nō potest venire cōtra confessionem suā. Et ita debet intelligi hęc lex. & sic soluitur contrariū de l. instrumēta. §. de, pba. Sed cōtra solu. instatur de prædallegato §. si quis igit. in fi. in auth. de instru. cau. & fid. col. vj. Pro cuius solutione breuiter sic dicas: & fuerūt ista verba Iac. de Bel. in prędalle. l. instrumēto. & idē quodāmodo videbatur sentire do. meus in l. admonendi. ff. de iureiurā. † Vnde cū quæritur, nunquid priuata scriptura probet. Respō. Aut priuata scriptura est sine causa, aut cū causa. si est sine causa, nō habet locū: vt l. cū de indebito. §. fi. ff. de proba. & quod ibi not. per gl. in l. generaliter. §. de non nu. pec. & dic vt ibi per Cy. secundū Iac. de Aret. & in l. ij. §. circa. ff. de doli excep. Si verò priuata scriptura [e] est cum causa: tunc dicas q aut est cōfessata per debitorē, aut per testes probata q debitor scripsit: & tunc talis scriptura probat. Ita debet intelligi hæc lex, vt not. hic, & in d. §. si quis igitur. de instr. cau. & ibi est bona gl. quę incipit, si ago depositi. & dic vt ibi. Si verò talis scriptura est negata: tūc aut habet subscriptionē trium testiū, qui superuiuant, & deponant super subscriptionibus suis, vel deponant q debitor dictā scripturam scriplit, & fuerunt præsentes: & tūc talis scriptura probat, coadiuuante cōparatione tamē: vt not. in d. §. si quis igitur.

f Si verò non habet [f] subscriptionē trium testiū: habet tamen subscriptionē partium secundū formā huius legis: tunc si confitetur, probat. Ita debet intelligi lex nostra. Si verò nō habet subscriptionē trium testiū, neque partiū: tunc semiplenā probationem inducit [g]. Ita debet intelligi gl. quæ est in l. admonēdi. ff. de iureiur. & glo. quam habetis in l. in bonæfidei. §. de iureiur.

h § Iquis vult. [h] Istam authen. recitaui tibi suprà, in l. scripturas.

2 ☞ *An priuilegium huius legis debeat dari filijs eiusdem matrimonij, an etiam alterius? & nume. 12.*
3 *Mulier pro dote habet tacitā hypothecā & priuilegiatā, vt præferatur alijs. & nu. 1.*
4 *Non debemus vnum altare discooperire, & aliud cooperire.*
5 *Mulier habet tacitam hypothecam a tempore dotis data. vel promissę.*
6 *An mulier præferatur omnibus creditoribus & omnibus hypothecis.*
7 *Et habet istud priuilegium in bonis soceri. si ipse recepit dotem, vel in instrumento cōfessus est eam recepisse. & nu 11.*
8 *An habeat locum tacita hypotheca in rebus quæstis per haredem.*
9 *Bona hæredis non veniunt in generali obligatione defuncti.*
